



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo


Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



22-1-10

**SERTVM
POETICVM,
S E V**

Carminum Libri Quinque .

AVTHORE REVER. P. D;
Christophoro Finotto Veneto
Congregat. Somascha
Sacerdote Theologo.

*Cum notis ad Emblemata per R. P.
D. Euangelistam Corsonium
eiusdem Cong. Sacerd.*

Ad Ill. ac Reu. D. Petrum Aldo-
brandinum S. R. E. Camera-
rium Card. & Rauenne
Archiepiscopum.

De Superiorum licentia.



In Venetia pre: Co Gra: bat Crotti. 1606.



ILLVSTRISS.^{MO}

AC REV. D. PETRO

Aldobrandino S. R. E.

CAMERARIO CARDINALI

& Rauennæ Archiepiscopo.

CHRISTOPHORVS FINOTTVS

Felicitatem.



Rodeunt hæc in
lucem, Cardi-
nalis Illustrissi-
me tua sub lu-
ce, quæ mihi

quidem ludicra prorsus, & iu-
uenilia, vel spõte ipsa, atq; ani-
mi solum gratia, vel partibus
ita meis aliquandò poscenti-
bus, exiguo tamen studio cùm
exciderint, ad hanc vsq; horã

† 2 in

in tenebris, vt indigna luce, libenter continui, deincepsquè etiã libentissimè, nisi gerendus mihi fuisset mos imperãtibus continuiffem. Quid enim permetterem, sic mecum ego, videre solem meos hosce parum comptos, exiles, horridos, tenebricosos, sputatillos fortasse quispiam, sed minus amicè dixerit, ingenij foetus? Versus hi mei, vt ab adolescentia pro uenerunt adolescētuli, parum graues, vix nitidi, maiestatis, leporis, ponderis, elegantie, concinnitatis, varietatis, aliorumque ornãmētorum, fatebor id quod est, parum habentes; Quid ergò sinere, ac pati possem, vt in conspectum, & lu-

cem

cem prodeant hominum, te-
rantur studioforum manibus,
legantur ab eloquentiæ, Pœ-
sisq; exactissimæ candidatis?
Equidem magna semper laus
fuit præstantium Poetarum, vt
qui ab ipsa sic quodammodo
effecti natura, sponte quadam
sua, ingenijq; propensione, nul-
lo negotio ea funderent, quæ
cum omnibus distincta lumi-
nibus eloquentiæ, tum sparsa
multifariam eruditionis variæ
notis, non tantum dulci sono
tenerent aures, sed etiam om-
ni genere affectuum intimos
& legentium, & audiētium sen-
sus, cogitationesq; tentarent.
Sed illorum è contrario fuit vs-
què magna vituperatio, qui cū

nihil haberent eorum omnium
quæ sunt carminibus necessa-
ria, ut maximè probètur à sin-
gulis, auidèq; legantur ab om-
nibus, versiculis tamè quibus-
dam suis editis in apertum,
prenfare voluerunt Poetarum
nomen per impudentiã, quod
sua sibi prudentia comparare
minime poterant. Cur igitur
incertus ego de laudatione, ut
probãdam qui nescio Poësim
meam, de reprehensione, ani-
maduersioneq; certissimus, ut
defecta qui video meorum car-
minum, ea sinerem typis adhi-
bitis in ora, manusq; hominum
euulgari, vndè vel à me nulla
penitus expectari iam posset
laus, vel vituperatio maxima?

PRÒ

Prò mea sententia, Cardinalis
Illust. hæc à me. Verum sic alij
contrà. Quid tu nobis ea tan-
quam iuuenilia, & ludicra vè-
ditas, quæ grauissimorum ho-
minum seuerissimo ponderata
iudicio visa fuerunt semper, &
habita maximè seria, non tam
tui, vt ipse tu inquis, in pangē-
dis carminibus adolescentis,
quàm peritissimi, absolutissi-
miq; senis, vt ipsi nos respon-
demus, fætus grauisimi? Quid
ea vocas indigna luce, quid in-
compta, quid horrida, tene-
bricosa, sputatilica dicturum
minus amicè vereris quēpiã,
quæ politissima, & elegantissi-
ma sunt, quæ prædicatione,
commendationeq; efferuntur

ab omnibus, nō tam receptura splendorem ex litteris, vt speramus, quā claritatem, vt credimus, & iubar litteris allatura? Quid carere tu inquis lepidissimos versus tuos concinnitate, maiestate conspicuos, pondere singulares, seueritate grauissimos, elegancia, venustate, varietate, alijsq; ornamentorum quorumcumq; generibus refertissimos? Nimum demissus es, atq; humilis aestimator tuarum rerum, neq; tuo iam est stādum iudicio, sed arbitrio lectitantium. Mihi, ais, mea non probantur, at probantur ab alijs, suspiciuntur, deprædicantur. Illud tibi, sic sentimus, commendationi,

hoc

hoc fuerit & gloriæ, & digni-
tati. Ceterum, nè multis, quæ-
cumque, & qualiacumque tua
sint omnia, nõ tam tua, quàm
alieni sunt iuris; Obtemperan-
dum est tibi, nobis iubendum.
Pleriq; sic alij cõtra me. Quo-
rum quia plurimum apud me
summa semper valuit auctori-
tas, ne minus valere nunc tem-
poris videretur, inclinare, vel
inuita debuit & in hoc senten-
tia mea. Vicerunt illi, qui non
meæ debuerunt obsequi vo-
luntati, cù ego ipse potius de-
berem obsequi suæ. Exeunt igi-
tur en à me vigiliæ istæ meæ,
quas Cardinalis Illust. quam-
obrem tibi dicatas velim, mul-
tæ suadent, ac grauissimæ cau-

**ſæ. Foetus es Aldobrandinorū
Familię nobiliſſimę, cui quan-
tum videre licet, propè fatali-
ter datum eſt, vt ametis om-
nes ardentiffimè litteras, ho-
minesq; excultos, tametſi le-
uiter diſciplinatum intelligē-
tia, liberaliſſimè complectā-
mini. Non longè abibo. Pa-
truuſ ipſe tuuſ, Sanctiſſimæ
Recordationiſ Clemēſ Octa-
uuſ Pontifex Maximuſ, Anti-
ſteſ, omneſ vt norunt, nulla
non laude virtutiſ egregię cu-
mulatiſſimuſ, quā multo ſē-
per bonarum diſciplinarū in-
cenſuſ ardore non modò fuit,
ſed etiam prædituſ ornamen-
to? Quanti ſemper fecit litte-
ratoſ, & doctoſ homineſ vnā
cum**

cum litteris? Quot, & quantis
affecit vsquè illos honoribus,
quibus præmijs, ac dignitati-
bus cumulauit? Satis enim ve-
rò loquuntur prudentissimæ
illæ lectissimorum Episcopo-
rum, & Cardinalium creatio-
nes, ad quos amplissimos in
Ecclesia, & honestissimos gra-
dus, eos vndiq; quasi delibato
ex suauissimis, ac varijs florū
generibus melle, Sanctissimus,
& Sapientissimus Pontifex so-
lum asciuit, qui morum inte-
gritate, doctrina, prudentia,
sanctitate, alijsquè virtutibus
omnibus longè cæteris præ-
stiterunt. Sed vt singulare hoc
fuerit in Patruo tuo, in te vno
est etiam, Cardinalis Amplissi-

t 6 me,

me, laudatissimum, quòd habes planè admirabilem scientiarù, & optimarum quarumquè artium cognitionè; quòd indefessù est tuù studiù; quòd prudentia, & sapientia tanta præditus es, quantam tu ipse cum paucis alijs in hominem posse cadere docuisti: quòd denique nimium quátum traheris, & oblectaris doctissimorum hominum societate; quæ tibi, tam grata, iucunda, & acceptissima est, vt ne horè quidem prætereat minimum spatium, quin cum aliquo peritissimo, vel Theologo, vel Philosopho, vel Iurisconsulto, vel Historico, vel Poeta, vel alio quouis erudito homine versa-

ri tuo cū solatio videaris. Itaq;
vt augusta quædam Musarum
Aedes, ita domus nunc tua,
vbi sis vbi, à viris cognitione,
sapientiaq; clarissimis mirifi-
cè frequentatur. Quamobrem
ego etiam tantò maiorem in
spem, & fiduciam venio, futu-
ram tibi gratissimam hâc exi-
guam summæ cuiusdam meæ
ergà te obseruantiaë significa-
tionem, quòd ex ijs ipsis, quo-
rum liberiori consuetudine,
atq; commercio vteris, vnus
est mei amantissimus, (quod
illi sit gratia,) Ioannes Baptista
Marinus; Vir equidem nostri
sæculi, dicam, quod sentio, &
quod ipsa iam pridem loquitur
fama, cum cœteris disciplinis,
&

& facultatibus, tum verò Thur-
sca, Latinaq; Poesi planè pri-
marius. Quem ego quidem cū
amem plurimū, quòd ille mi-
rificè amat me, tū certè, quòd
tantus, ac talis, tamq; carus est
Musis, totum illi me ipsum de-
beo. Sed enim communis hæc
causa. Accedunt quædam pe-
culiæ, & magis propriæ;
Quòd istorum meorum car-
minum optima pars, vt elabo-
rata est à me Romæ in Clemē-
tino Collegio, hoc est, tuo, ve-
lut fructus agelli tui, tibi iure
bono deberi mihi videtur vni,
tanquam Domino suo. Quidē
quòd Dei, ac Diuorum laudi-
bus, & encomijs, quòd San-
ctissimæ Virginis Matris Dei,
ergà

ergà quam Cardinalis Amplissimè, tua est pietas cantatissima, quòd tuis, quòd Aldobrandinæ Familiæ Poemata sunt hæc mea referta creberimis? Poterantnè huiusmodi cuiusquam in nomine cõueniētius apparere, quàm tuo? Poterantnè Mecœnatem te vno quærere digniorem? sanctiorem? augustiorem? litterarum, & litteratorum amãtiore? Attigi breuissimè causas, quæ me, vt hunc meum vigiliarum, ac lucubrationũ libellum tuo nomini potissimũ inscriberem, impulerũt. Nũc abs te, Cardinalis Illustrissime, etiam, atquè etiam peto, primũ, vt ingenij mei leui-

denfes

denses hos fructus ea, qua so-
les, vultus, animiq; hylaritate
fufcipias: Deinde, vt ratione
habita mei non tam muneris,
quam tibi gratificandi animi,
& voluntatis, inter eos innu-
meros vnum me habeas, qui
eximiarum virtutum tuarum,
& meritorum obseruantiffi-
mi viuunt. Vale.

Venetijs Pridie. Kalendas
Sextilis. 1606.

**AD ILLUSTRISSIMUM AC REV.
D. Petrum Aldobrandinum S. R. E. Ca-
merarium Cardin. & Rauennae
Archiepiscopum Authoris
Epigramma.**

*Serta tibi haec neu Princeps, Helicone viventi
Docta Camoenarum qualia nere manus;
Florea, non gemmis, Lyae distincta nec auro,
Qua nec Sole tamen, frigore nec pereant;
Hic mixta calthis viola, nar. ssus anetho,
Et Paradisiacis lilia eburna rosis;
Hic crocus, hic apium, viuax Hyacinthus, amomū;
Veris delicia, diuitiaq; Soli:
Quid iam plura? libens verno caput imbue sereto,
Roma potens auro dum tibi sereta legit.*

EIVSDEM ADEVNDEM.

*Offero parua tibi Princeps, si munera pendes,
Si pendes animos, offero magna tibi;
Qua potui, tenero tibi sereta è cespite legi,
Qua volui, ex auro texere non potui;
Vt mea cumque tamen, tu lata haec accipe fronte,
Qua mentis Dominopignora amantis erunt.*

**AD EVNDEM DE SERTO POETICO
Admodum Reuerendi D. Camilli
Giolij Romani.**

*Serica dent alij, dent aurea munera, gemmas,
Et quaecumque potens vir pretiosa facit;
Hac tibi sereta tuus mittit noua dona Poeta,
Crines Petre tuos qualia sereta decent;
Nempè tuus coelestis honor, coelestia poscit
Munera, diuinis coelicus optat opes;*

Ergo

*Ergo cape, & capiti meritam compone coronam,
Crinibus & sacris sacra corolla micet.*

EIVSDEM DE EODEM SERTO.

*Quicquid Arabs, Medusq; colit, Nabathaaq; Tell⁹,
Quodq; in Erythrao littore concha legit;
India dives opum, & quos Lydius aurifer amnis
Thesuros condit, quiq; teguntur humos;
Affluxit queis Crasus, amat quos tristis auarus,
Anxia mens cupiat, querat, anhela manus;
Hoc SERTVM coeleste micans, gemmisq; renidens:
Aeternis, meditans ipse, beatus ero.*

EIVSDEM AD AVTHOREM.

*Qui canit obscenas Veneres, qui laudat Amores
Insando Vates, carmine, foedus erit;
Qui celebrat monumenta Ducu, Martisq; furor:
Altifono versu, bellicus arma gerit;
Qui docet agrestes ritus, segetumq; labores,
Otia Ruris amat, rusticus arua colit;
Qui fugat infestos morbos, inimica saluti
Dira venena, potens hunc medicina probat;
At qui Diua refert, tollit qui sancta, pudica
Qui exornat, scribit quiq; poema pium;
B pius est, Divus, Sanctus, Vatesq; Pudicus;
Quod FINOTTE tua est gloria, fama, decus.*

AE EVNDEM DE SERTO POETICO

Epigramma, & Anagramma:

Siluij Passeri.

*Ah quid Parnasi, Vates, iuga demetis? ah quid!
Nectis Apollinea daedala ferta manu?
Aspice, ut exanimis languet rosa Sole cadente,
Gloriaque ut florum, vespere pulchra perit;
Nempe.*

*Nempè tuus cum Sole labor mox occidet; huius
Proh dolor, est Serti mox periturus honor:
Mirum opus, aeternum, Nece, & capiti inferere Phœ
Cum reduce hoc sertum Sole superstes erit. (bi*

**AD EVNDEM ADMODVM R.
P. D. Sancti Ferri Veneti.**

*Dum roseum Finotte tuum, noua munera Sertum
Delius inspiceret, susciperetq; Deus,
Auricomum cinxisse caput, flauosq; capillos
Fertur, & hæc dulci verba dedisse modo;
Non mihi perpetui persoluant munera honoris
Cyrreæ, aut Delphi non sua dona ferant;
Ni mihi conspicuos reddant tua munera crines,
Finotti, & Serti florida Musa comas.*

EIVSDEM ADEVNDEM.

*Dum recolis Finotte Deas Heliconis alumnas,
Et placido mulces carmine Pieridas;
Aonios adÿsse lacus ni forte videris,
Aonia natus crederis esse Dea;
Niq; Caballino sitiens è fonte bibisse,
Te benè Castalidum proluit amnis aqua.*

EIVSDEM ADEVNDEM.

*Seu tibi sacro est animus contendere plectro,
Ludere seu vario carmine sape iuuat:
En Deus & digitos urget, pellitq; niuales,
Cunctaq; ludenti Turba Heliconis adest.*

EIVSDEM ADEVNDEM.

*Serto alijs Finotte tuo dum tempora cingis,
Serta tibi artifice noctis amata manu.*

A. D.

AD EVNDEM ADMODVM

Reuerendi D. Francisci Ruggerij
Mediolanensis .

*Quaecumque Hyblaeflorenti gramine Cliuo
Dulcia feftina mella liquantur ape;
Quicumque & vario pubescunt candice flores,
Florida ubi Coelum Tempea Terra beat;
Quaecumque aethereo clarescunt sydera tractu,
Cynthia quãroseis expatiatur equis;
Cedunt Syderibus, viridique in carmine flori,
Quos tua diffundunt metra, Finotte, fauis,
Mella inamana, & flores, nubila sydera, fuma
Sydera praeq; tuo, floreque melle, nihil .*

EIVSDEM AD EVNDEM

*Quas Natura suas partita est prodiga dotes,
Effert è proprio pronida Terra sinus;
Gemma Indus habet, Tyrj Conchilia, Tymbrat
Hybla, rosas Pœitum, balsama diues Arabs;
At non Finotti diuina poemata fundunt
Diuisim, uno sed carmine diuitias;
O Vates cedro digne, hac noua carmina visus
Non tu, sed docta Phoebus hiasse lyra .*

AD EVNDEM INCERTI AVTHORIS.

*Hyblae mille quot nitent, Fauonia
Mulcente Coelum, flosculis
Amana rore prata, fulgescit Polus
Quot nocte suda stellulis;
Vates tot aureos Finotte Sydera
Intermicant versus tuos;
Maronio vix impares plectro, paresque
Ais Catulli cantibus.*

AD

AD EVNDEM REVERENDI
D. Gasparis Calui Leodiensis.

Christophorus Finotus Venetus.
Anagramma.

Hic porro sis notus Vates entheus.

*Nil nisi mortales olim mortalia posse
Credideram, & nullum Numen inesse viris ;
At postquam Finote tue mihi cognita Musa
Fama fuit, tales cogor inire sonos; (Orbi,
HIC PORRO VATES NOTVS FIS ENTHEVS
Diuino sacros dum canis ore modos .*

AD EVNDEM PERILLVSTRIS
D. Ioannis Nabaldei Iuris vtriusque
Doctōris Eximij.

*Nesti floreolum Vates cultissime sertum ,
Quale Heliconiadum texere Turba solet ;
Quate comas cingit Phœbo, cytharasq; coronat .
Crines quale tuos , ten. pora quale decet ;
Pone Comis, differ nē, igitur, nam ut texere nullus
Aptior est, nullus cingere te melior .*

AD EVNDEM REVERENDI
D. Cœlij Maffioli Salodiensis .

*Pagina sydercis calamis Finotte notata ,
Et super Aonios tam benè ducta modos,
Personat angelica Triadis præconia voce ,
Et Diuo Aligeros pneumate plena canit ;
Languidulo ast, heu, Sanctorum ut suspiria vultu,
Pectora & omnimodè dilaniata refert ?
Vt benè saua canit certamina, ut inde triūphos,
Cœlica quos victis hostibus aula tulit*

Ab

*Ah scio, sic oculis hominum ad Cœlestia, tuto
Calle laboratum limina subdisiter ;
Non quòd eras strauisse potis, ni imitatus eorum
Facta, pio primum pectore conciperes ,*

E I V S D E M . A D E V N D E M

*Ambigo, nùm tantum sint vestri pignora cordis,
Qua sacra cœlesti carmine Musa canit ;
Inclÿta vel verè Sanctorum facta recludas ,
Et referes Orbi munia Summa Poli ;
Nam si scripta lego, Latio decorata nitore,
Suprema ingenij lumina conspicio ;
Si mens interius penetrat, mea corda tremiscunt ,
Singultu & nimio crimina multa fleo,
Vel sit id ingenij facinus, vel credito, Diuum,
Pectora scripta mouent, pectora facta mouent.*

**A D E V N D E M R E V E R E N D I
D. Iacobi Bruſchi Mediolanensis.**

*Ridenti cupidos agro quis figat ocellos ,
Dadala quem verno tempore fingit humus :
Pictum vel roseo prospectet sydere Cœlum ,
Occulit ardentes Phœbus ut amne rotas ;
Mox Finotte tuos percurrat ò auree versus ,
Inquiet, ò Cœlum pulchrius, ò & ager .*

E I V S D E M .

*Mel suaue est, dulces flores, sed carmina ferti
Suaui melle magis, dulcia flore magis .*

C O P I A

Gli Eccellentissimi Signori Capi dell' Illustrissimo Consiglio de' X. infra scritti, hauuta fede delli Signori Reformatori del studio di Padova, per relatione delli doi à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitore, & del Circonspecto Secretario Giouanni Marauagia con giuramento, che nel Libro intirolato, Sertum Poeticum, Authore Reuerendo Padre D. Christophoro Finotto Veneto, Congregationis Somaschæ Sacerdote Theologo, non si ritroua cosa alcuna contro le leggi, & è degno di stampa, concedono licenza, che possa essere stampato in questa Città.

Dat. Die VII. Aprilis. 1606.

D. Lorenzo Loredano. } Capi dell' Illustrissimo Consiglio
D. Francesco Morefini, } de' X.
D. Francesco Truisano. }

Illustrissimi Consilij X. Secretarius
Petrus Peregrinus

1606. à xj. Aprile
Registrato nell' officio contro la Bestemmia
à Car. 150.
Gio. Francesco Pinardo Secretario.

MATERIAE LIBRORVM.

Primus Liber continet Heroica Carmina de Deo, Diuis, & varia.

Secundus Liber est Emblematum, cùm sacrorum, tum etiam variorum.

Tertius Liber habet Elegias, & sacras, & varias.

Quartus Liber continet Epigrammata, Anagrammata, & Aenigmata sacra, & varia.

Quintus Liber est Odarum non vnus generis Carminum, nec argumenti.

CRISTOPHORI
FINOTTI VENETI,
CLERICI REGVL.
Congreg. Somaſchæ.

HEROICORVM CARMINVM,
LIBER PRIMVS.

IN DIEM NATALEM CHRISTI
Carmen dictum Romæ, in Col-
legio Clementino.



EST Deus, ò mirum, Terris, eia omnia rerum
Ordo recēs poſcit noua; nō hic abſona cantus
Prifcos Muſa refer; Cœlūq; nouū, & nouus Orbis;
Annē nouum deſit carmen. ? ſenionē ſepulta
Plectra auras ruruſum ferient ? Cœleſtia perge

A Non

2 Heroicorum Carminum

Non audita, novos concentus pange Camoena :
 Hinc procul ò, procul hinc Manes pallētis Aiuerni;
 Tanarij Grex atque lacus, nigra Tartara Ditis
 Quisquis habes, Stygio repleſq; Acherōta veneno;
 Hinc ꝑcul, hinc & Hyems canos hirsuta capillos,
 Nec fluctus Cauro, nec ſauo aſſibilet Auſtro,
 Sed placidum tranquillat aquis Pellacia pontum;
 Ver eat, & faciles decurrant Aethere nymbi,
 Laxantesq; alas Zephyri genialibus auris
 Flore ſinum vario, Terram pingendo, coronent;
 Alma micet ſpecioſa roſis, in veſte leporis
 Sanguineis reſperſa ſinum, gracileſcat & ore
 Clorys Acidalio malas bene tinctā decore;
 Cura abeant, ſletuſq; leues, menſq; anxia luctu;
 Hac patitur non feſta dies, lata omnia ſiant,
 Ergo ſerenatas, Deus hic, accingite mentes.
 Tempus erat poſito quo iam Sol aureus axe,
 Flammeolis undaq; rotis, tecta ardua centum
 Ingreſſus nitido ſuffulta Adamante columnis,
 Delitijs, caſto ſponſa; ſtudebat amori;
 Et roſeum trinita comis eſſantibus ignem
 Delia ſtelloſo quaſſabat lampada Coelo;
 Interea dum membra toro languentia, feſſos
 Mulcerem ſomno; artus ſuadentibus aſtris;
 Iamq; oculis ſopor altus erat, cum turbine ab alto
 Aethere delabi viſo ſuſtollor, & Oras
 Tranſuectus patrias, videor conſidere in hortis,
 Veris odorato quos Diua lepore beabat;
 Hinc vernis Cytherea roſis, quas purpura tinxit,
 Obuia cum rigidos impegit vulnere ſentes,
 Exardebat amans, rubeo per tempora ſerto;
 Inde ſed albenſtem diſtendunt lilia crinem,
 Qua niueis Galatea genis, ſpectabilis Atte,
 Promiſſaq; coma, exerciſq; Arethuſa papillis,
Mane

Mane nouo , tenui decerpunt pollice , Cælo
 Sudarunt quoties felicem sydera rorem ;
 In medijs crocus est calthis , & copia anethi
 Pallentes umbra violas viridante colorat ;
 Luxuriat sic molle thymum , sic tymbra virescit ,
 Mixtuq; odoriferis exultat Anemone Acanthi ,
 Quos propè dclabens liquidis argenteus undis
 Irrigat humcctans flores fons diuite vena ;
 Myrthus erat Venerisq; lepos , & Laurus amoris
 Testis Phæbe tui , proceraq; vertice pinus ;
 Hic sedem Terebintus habet , Ditisq; Cupressus
 Funereis testata comis altissima luctum ;
 Pendebant ruæo de stipite mora colore ,
 Certa tenent qua signa necis , fusiq; cruoris ;
 Et simul occultant vili qua mala pyropos
 Cortice lucentes ; Cælo virgulta sed inter
 Cœtera surgebat folijs flauentibus arbor ,
 Et baccis redimita nouis , & flore perenni ,
 Intonsos agitans trepidanti vertice crines ,
 In quibus aureolum viridæ de stipite ramum
 Aura leuis subdulce facit motando susurrum .
 Obstupuit fulgore oculus , spectacula & inter
 Tanta hæsit , feriente aures stupuereq; cantu ;
 Namq; notis vernabat ager flexusq; canoros
 Sylua offensa dabat , docili dum gutture circum
 Arguant Volucresq; sonos , & vocis adaptant
 Organa , sic pugnamq; cient felicibus armis ;
 Concordes nunc ora mouent , atque integer Echo
 Assonat inde chorus , gemini modo carmina ludunt ,
 Nunc quiuis alterna facit , celeri q; recurso
 Alterius placido seruat vestigia tractu ;
 Quid tamen ? & concentus erat , Testudinis ictu
 Duplicis arguta concors ferit Aethera dextra
 Quale melos , sociat resonisq; ubi nablia sistris ,

Siue Choros Melopea regit, dispensat & arte
 Diuersa numeros, plenoq; choreumate ludit;
 Nec secus, ac siculis proles Achelcia in undis
 Candidulos exerta sinus, sed subdola flexu
 Exercet guttur vario, prae dulceq; uocum
 Murmur agit, fraudeq; parat tranantibus aequor;
 Hac igitur dum mira placent, & lumina uisis
 Fixa haerent, tantisq; strepit concentibus aura;
 Diditur extemplo nubes, apparet & inde
 Diua duplex, nondum cui nobile repperit Argos,
 Non Delos, non celsa parem Paphos, atq; Cythera,
 Seu uestem spectas, picta uel imaginis ostrum;
 Auratis depeza comis fert utraque crinem
 Colla per errantem, crispat quem lenior aura,
 Ut nodo circinnus eat, uel duplicet undas;
 In malis utriusque color, Melibaea nitenti
 Si neetas ebori, qualem bene purpura finget;
 Ore tamen, flammis exastuat unde amor, una,
 Vna ardet, multoq; comam rosa subrubet igne;
 Exertas dat palla niues, roseisq; papillas
 Signatas utrinque notis, aditurus amantes
 Diuus ubi discumbit amor, nutritq; fauillas:
 Dorso haeret promissa clamys, qua tota decoris
 Tot riget à gemmis, seris quot de super horis
 Sydera scintillant, radijsq; decentibus Axem
 Circumeunt, milleno hebetant & lumine uisum;
 Velant lacteoli suras de lacte cothurni,
 Rubraq; sanguineis ardent sandalia plantis;
 Colla triplex cingit torques, digitusq; Hyacinthis
 Emicat insertis gemmato candidus orbe,
 Hac pandas dextra uirgo tenet aurea lances,
 Iustitia laua enscm formidabile signum;
 Cui caput innectit uiridi de flore corolla;
 Illa amarantidis vittata est tempora seris,

Liber Primus.

*In dextris cratera gerit, cornuq; sinistris
 Diues Amalthea, circum sed lilia serpunt;
 Palli ad aspectum tanti miratus honoris,
 Quid foret, habebamq; animo, solata sed ecce
 Altera Diuorum dictis affatur amicis;
 Pone metum Fili, ferimus felicia Coelo
 Nuncia, & afflictis spondemus gaudia Terris;
 En Deus humanas è summo vertice leges,
 Infensas rerumq; vices, & tristia tabo
 Viscera consumi miseratus, & undiq; vocum
 Funereos audire sonos, ululatibus astra
 Altaq; contundi, pradis Ditemq; potiri,
 Pristina nec quicquam conquestus iura valere,
 Seruariq; diu viduata sedilia Coeli,
 Constituit mutare vicem, variandoq; leges
 Exitijs his ferre modum, nosq; egit ab Arce
 In Terras superum, iussitq; altos liquisse penates,
 Quae celeres quondã Aethereas tranauimus Oras,
 Cum Terris fugere bonum, pietasq; pudorq;
 Virtutum subiere locum fraudesq; doliq;
 Illa Fides, Astraa sed ipsa vocor, Dea Coeli
 Vtraq; & ob meritum dignata perënis Astris;
 Fide parum, fieriq; breui qua gaudia adesse
 Edocui, ire nouo cernes & sacla metallo,
 Vix ea; cum se oculis è Coelo tertia Virgo
 Obtulit, aspectu longè pulcherrima, namque
 Frontis honor quis erat? qualcs & Diua lepores
 Ore dabat? rosei vultu quae sydera ocelli?
 Ambrosijs vertexq; comis quos flabat odores?
 Non ita cum flauo Thaumantias exit amictu,
 Pestanis velata rosis, resoluta nitorem
 Aeternum madido inuitans à gurgite Solem
 Alma nitet; nec tale rubes tu Phosphore, Coela
 Ducis ubi croceum milleni Syderis agmen;*

Non ita Erythraeo qui fluctuat aquore Echinus
 Aptatus claris accendit littora conchis ;
 Non ita Amazonidum lunatis agmina peltis
 Penthesilea, sinus nodo collecta fluentes
 Ducebat varios ; Solium nec tale rubebat
 Mygdonis , Cyrrhae tyara , nec aurea odores
 Cynammeos ita Clorys alit , Gauranaq̃ ; Tempe ,
 Hyblaq̃ ; grata thymo : illa ardēt , sed virgine odoris
 Halant ista minus , crines diffusilis auri
 Lacteola ceruice natant , & laurea ferta
 Implicuere comas , pallamq̃ ; euentilat aura
 Candentem niueis conchis , gemmataq̃ ; pectus
 Fibula constringit , gemina pendentibus aure
 Ghrysolithis , Syrio cincta suraq̃ ; cothurno ;
 Dextera fert auri , Cereris fert munera laua ,
 Tota rubet , candetq̃ ; simul Diua ore sereno ,
 Purpurat & labijs , qua talibus orsa resoluit ;
 Saluete ò Diua , salueq̃ ; Puer , tibi signa salutis
 Ista fero ; en binis demittor ab Axe Deabus
 Tertia iuncta comes , Terris paritura Tonante
 Auspice latitias , primauaq̃ ; tempora , rerum
 Quem fertur Natura recens habuisse , Tenore ;
 Scilicet aeternum cum ferrent arua decorem ,
 Et ver perpetuum clementior annis agebat ,
 Omnigena placidum Cœloq̃ ; afflantibus auris
 Nutrarent natos Zephyr : sine semine flores ,
 Nec grauidis renouatus ager caneret aristas ,
 Lactis at irriguis currebant flumina riuus ;
 Dulcia stillabant viridi deq̃ ; ilice mella ;
 Cum nauis non usus erat , non ensis , & Arcis ,
 Cornua non aris flexi , non prelia norant ,
 Non cierat Bellona faces , incendia Mauors ,
 Libera sed Pacis ducebant otia Gentes ;
 Nos nequē tum puduit Diuas Cœlestibus Oris
 Non

Non semel elabi, & manibus per mutua nexis
 Mortales inter Coetus agitare choreas;
 Inscia mens culpa maculis cum pectora nullis,
 Nec pudor inserto suttingeret ora rubore;
 Quid moror? ipse Deus supero tum creditur Axis
 Desluisse toro, dignatus & infima tecta
 Visere, colloquijs primosq; beare Parentes.
 Hic tamen, & Diua una nos successimus astris,
 Fadatos temnendo lares, lethalis origo
 Cum saeculi erupit, fraudesq; doliq; procaces,
 Et quacumque malis incastant pectora curis:
 Sic Coeli violata fuit clementia, Veris
 Tempora contraxitq; Aether, estumq; hycmemq;
 Demisit, glaciesq; solo durata resedit;
 Saniit in bellis Mauors, cupidusq; cruoris
 Quilibet insontis crepitantibus arsit in armis;
 Ebaccata ad eò flammias conciuuit Erynnis;
 Ecce horum sed finis adest, sed ferrea cessant
 Sacula, & in melius primo mutata metallum
 Dulcius ire parant; sacundos sydera rores
 Aurea stillabunt, & dura nectara quercus,
 Circumq; ambrosia exundabunt illico valles;
 Quin? iterum mortalibus immiscebitur astus
 Impatiens, ignisq; Deus, pueri occinet instar
 Matris in amplexu nè mens incerta vacillet;
 Pax ego, facta solo Coeli prænuncia Regis,
 Cui Iani clausisse fores, & nectere pacis
 Fœdera perpetuum mansura, leuareq; munus
 Anxia tranquillando suis praeordia curis;
 Huc agè si de Dea, desponsaq; gaudia cernes;
 Dixit, & ex oculis triplex effugit in auras
 Diua meis, vigilesq; sopor tum deserit artus;
 Iamq; Polo thalamis Aurora rubescere apertis,
 Pallidaq; obscuri detergere nubila Coeli

3 Heroicorum Carminum

*Flammatis inuecta rotis abeuntibus astris
 Cœperat, & toto flagrantibus Aethere loris
 Passim purpureos Terris reparare colores;
 Membra igitur sustollo toro, vultuq; rubentis
 Orta recens hylari resaluto crepuscula Solis;
 Moxq; ubi praterita percurro insomnia noctis,
 Ni! mentita docet lux hac sanctissima Terris,
 Quae sacra syderei colit incunabula Nati,
 Et diuina hymnis celebrat Sponsalia Regis,
 Coelestem feriente chelym, Davidq; canoro
 Nomina certatim sponsi, sponsaq; sonante
 Plectro, chordarum sonitus Musaq; sequente;
 An nē vides? Solis facie dissoluitur umbra,
 Et sensim caligo fluit resoluta sereno,
 Purgatusq; nitet dissectis nubibus Aether;
 Intonuit Coeli lauum, iubar emicat Ace
 Inde serenato clarum, Solq; ire decenter
 Ore diem faciens expandit sudus Olympum;
 Purior & roseis noctis Latonia bigis
 Aethereos percurrit agros, perq; atria Coeli
 Aemula fraternos imitatur luce Pyropos;
 Et secum late sudantia cernimus astra,
 Vt melior tenero glaciatur rore pruina;
 An viden' Oceano grassantes murmura pontum
 Frigidus & Boreas, & inexorabilis Auster,
 Africus & syrtim pellens, quiq; incubat Ossa
 Rupibus, & rigido vires fert Caurus ab ortu,
 Vna leuisq; virget genitabilis aura Fauonij;
 Sic Nerei non vnda minas, non equora fundo
 Aeolus excieat, pacata sed omnia currant:
 Iam litui, reticentq; tuba, detrust & Orco
 Discordes colubris redimita Megara furores:
 Annē vides? foetu Tellus hylarata recenti
 Gemmet ubique sinum, viridiq; inuestiat astro,
 Induta*

Induta in frondes , fructuq; exuperet omni ?
 Cerne solum; ecce tuent genitalia semina, partus
 Fœnore cumq; suos edunt , saluunca virefcit ,
 Nil Corylus Corylis , Alno nil inuidet Alnus ;
 Cerne altum , natat en auium stridentibus alis
 Agmen , & aerem gyro dum circinat Orbem
 Luxurians sonitu tenit concentibus auram ;
 Cerne salum, ludit placidè genus omne natantum,
 Subsultans vario perq; aquora muta natatu
 Summa petit nunc lenis aqua, nunc subnatat imo ;
 Omnia cerne , vices renouarunt omnia, iam iam
 Tempora felici labentia sydere spondent .

Ista facis tu Diue Puer , Puer auree , Cœli
 Delitium , virtusq; Patris , Diuumq; voluptas ,
 Dum qua Cœlicola potiuntur gaudia , tecum
 Fers oriens Terris ; Tu toto vertice nubes
 Discutis , atque oculi geminata luce serenas ;
 Tu frenas hyemisq; minas , dum prœlia Pupo
 Flamina saeva mouent posito Borealia cunis ,
 Argentes vruntq; niues , Tu lenis & auram ,
 Tu Zephyros immittis aquis , sic Nauita fluctus
 Mites puppe secat , plenis sic cœrula velis
 Verrit , & incertis non errat nauis in undis ;
 Ostro Tu Terram minias , Tuq; arbuta pomis,
 Tu ramos folijs , viridaria flore refercis ;
 Laurus te Cœli consurgit ad ardua, & umbra
 Vt iuuat, extentis diffundit brachia ramis ,
 Tu petis en Astræa solum, Tu nuda Fidesq;
 Tu niuea Pax ecce venis nit: dissima palla ,
 Bellicaq; Odrysij compescis cornua Martis ,
 Ac nouus inducis priscum Sol luce metallum :
 O foelix , talem clausit qua viscere Gemmam ,
 Virginis ò felix aluus , felicior ipsa
 Qua lecta es Genitrix tanti dignissima partus .

10 Heroicorum Carminum

O Felix lac, felices cum lacte papilla,
 Ebibito roseis quas siccat nectare labris;
 O sinus, ò gremium felices atque lacerti,
 Quos beat amplexu Puer, ò quàm dulcia Nato
 Oscula figit Amans, quam dulcia Natus Amanti,
 O felix lusus, felix certamen Amoris;
 Nec felix minus alma dies, cui talia prima
 Mira datum vidisse est, & felicia ferre
 Astra adeò, quidni toto celebraberis Orbe?
 Sed neque Bethlemia rupes, & vilia tecta,
 Quae colit auratis Infans dignissimus Aulis,
 Antra beata minus, sedes prelecta Tonanti;
 Nos quoque felices, quos aurea sacra bearunt.

IN DIEM EPIPHANIAE DOMINI
 Carmen dictum ibidem.



Heroam canimus curam, vectosq; Tonantis
 Ad cunas praeunte astro, per inhospita
 tesqua,
 Desertasq; oras, Iessea ad mania Bethles

Vftos

Vstos Aethiopas , proni cum munera Reges
 Fecerunt Dominum testantia munera , tanto
 Digna Puerperio fecunda Virginis, ipso
 Digna Deo ; Tu parue Puer, cui Curia Cali
 Stramine composito famulatur, & aurea ponunt
 Sydera cui latos fasces ; tu pectora plectro
 Da meliore uti , & lingua retinacula soluens
 Aequales animis in munus suffice vires.
 Aureus Occiduo Tartessi gurgite Phœbus
 Quà celeres mergitq; rotas, roratq; iugales,
 Emeritos leuat atque iugo felicibus undis,
 Centenisq; intrans nitentia tecta columnis,
 Hinc variata auro, hinc claris lucentia gemmis,
 Coniugis indulget thalamis , indulget Amori ,
 Pacemq; aternam seruat , pactosq; Hymenaos ,
 Ter simul , ac decies rutilo Palantias ore,
 Purpureas miniata genas , humecta capillos ,
 Rorantes accensa oculos , & sydere pallam ,
 Et radijs crinita caput flammantibus , Orbi
 Sydereos Phaetontis equos induxerat ortu;
 Ex quo Rex superum , Mundi melioris Origo ,
 Cara Deo soboles , magnum Patris incrementum ,
 Terrarum , Cœliq; potens , Deus Aetheris alti ,
 Pectora diuini flamma succensus Amoris ,
 Totusq; igne ardens , tristi succumbere letho
 Impatiens hominem , superis orisq; creatum
 Tartarei miserans detrudi Acherontis ad umbrã ,
 Rursus ut Empyroas secum reuocaret ad Oras ,
 Et vacui replere daret subsellia Cœli ,
 Virginea exiliens intacti pectoris aluo ,
 Os hominis, vultumq; ferens pulcherrimus Infans,
 Qualis nocturnas post Axe Diespiter umbras
 Arguitans surgit radios , & lampados ignes ,
 Aetheream lucem , vitalesq; hauserat auras ;
 A 6 Atque

Atque reclinatis agresti stramine membris
 Opplebat querulis Cœlum vagitibus, Infans
 Pulcher Sole magis, nitidoq; micantior Astro,
 Et tamen huius egens solis, vel Lucifer almus,
 Verior Astrorum ductans & Phosphorns agmen;
 Cui non regales pictis laquearibus Aula
 Tecta dabant, Pharijs non atria fulta columnis,
 Vel domus elucens auro, Assyriove Elephanto,
 Quin? utrinq; patēs caula malè commoda sedes;
 Quem non Oebalio pingebat purpura succo,
 Non pulchra Tyrio medicata murice lana,
 Aut Phrygio textu peplum sed pauper amictus,
 Sed fragiles calami, lecta; paludibus herba;
 Accensis ingesta focis non ligna fouebant,
 Sed vilis duplex animantis anhelitus, (Auster
 Nam tristes hybernus aquas fundebat, & Axe
 Urgebat gelido glacialis plaustra Bootes.)
 Ergò Deus nobiscum erat angusto lare, iam tum
 Pauperiem, durosq; aggressus ferre labores,
 Cum noua fax inter stellarum nata maniplos,
 Fax inuisa aliàs centum luceatior Astris,
 Ac fermè exortos imitata Hyperione vultus
 Eluxit, cursuq; cito supera alta pererrans,
 Flagrantes gremio Terris iaculata nitores
 Sydereum velox percurrere coepit Olympum;
 Perlustrat celerata sinus omnes; Polorum,
 Decolor egelido quâ stringitur India Gange,
 Candet hyperboreis Tellus rozata pruinis;
 Sauius ubi rigido consurgit flamine Caurus,
 Diraq; Parrhasides ostentant lumina flamma,
 Perseus atque riget, Cepheusq;, & Cassiopea,
 Andromede iuxta, fugiendaq; Gorgonis ora
 Respicit, & vasti metuendos Piscis hiatus;
 Quâ mediusq; dies ardentibus astuat oris,
 Atq;

Atq; humus assidue pluuiale humescit ab Austro,
 Vadit iter, dirum feruentq; ubi brachia Cancris,
 Explicat & siccas vesana Caricula fauces;
 Deniq; qua roseum caput effert Phoebus ab unda,
 Percutit & radijs iuga subdita matutinis,
 Eoumq; rubet pelagus, Nabatha colorat
 Regnaq;, qua mulcetq; auram genitabile flabro
 Felicem Zephyrus, cliuosaq; littora turbat
 Circius, omnigena spirant Coeloq; Famonij,
 Prepes abit; quocumq; loco laquearia flammis
 Purpurat atque Iouis, mortalis lamina vultus
 Occupat, obtutus ad seseque illicet omnes;
 Extera ceu quando longinquis nata sub auris,
 Atq; alio sub Sole, genus, qua & nomina iactet
 Regia, qua veterum titulos & stemmata Auorum,
 Ingressa Aetheream Regum de sanguine lucem,
 Quam beet in primis roseiq; decentia vultus,
 Et coma lacteolos passim promissa per armos,
 Atque oculi flammis similes, & labra corallis,
 Si patrios exosa lares accedat ad oras
 Italia, & nostra pertingat littora Terra,
 Quisquis ad aduentum tecti penetrabilibus exit,
 Neglectosq; sinit, solatia grata, Penates,
 It cupidus, visumq; celer, viso obstupet ore,
 Regalisq; nitet facies quo Foemina honore,
 Accersit comitemq; alium comes, allicit, una
 Ducitq; ut latis lucentia sydera ocellis
 Inspiciat; paucis, omnes miracula Terris
 Orta canuntq; nurus, hominum Iuuenesq; senesq;
 Haud secus exorti radios ad syderis, Axi
 Lumina ubiq; leuant supero, mirantur & ignem
 Quique nouum, secumq; adeo quid nunciet, heret
 Parte alia, acrio quidam dum talia monte
 Prospectant taciti, magni hoc cunabula Regis
Sydere

Sydere significant ortum, Numenq; notari,
 Affore nam tempus vatum docuisse cateruam,
 Ora, quibus dum vita fuit, vulgo obuia fertur,
 Numinis esse, sacro complessq; pectora motu,
 Praschia concinerent certa quò lege futura;
 Cum sacer è superis decedens Spiritus Astris
 Inviolata pia penetraret viscera Matris,
 Et Deus, ò pietas, mortales cingeret artus,
 Frigoris, atquè æstus patiens, patiensq; doloris,
 Editus intactam seruaret Virginis aluum;
 Tumq; nouam Cœli spectantem vertice Sydus,
 Eiaculans gre mio meliores eminentes ignes,
 Egressi certum pueri de viscere pignus;
 Spargitur extemplo rumor, defertur ad aures
 Regumq; Aethiopum, capiti quibus alta tyara
 Ardet, & in dextris Regni monumenta remident
 Sceptra, Vrbes multa parent, & iussa capeffunt;
 Ergò conueniunt, Dij & cunabula Nati
 Excoluisse simul iuuat, & sibi munera ferre;
 Incipient hincq; ire viam, quà luminis astrum
 Præuia signa dabat Cœlo, tria pectora Regum
 His ferme visum dictis animare vocando;
 Huc celeres glomerate gradus, Duce meq; per Orbē
 Este cito gressu comites, fas neçtere num sit
 Tanto in amore moras? ego vos ad limina ducam
 Illius, ante pedes flexo cui poplite Cœli,
 Promeritos præstant millenaq; sydera honores,
 Cui seruant Elementa fidem, famulatur Olympus,
 Aureus arridet Titan, & Luna bicornis,
 Circinat humentes atque Iris discolor arcus;
 Cui Tellus varios diffundit amœna idcores,
 Inq; solo surgit Ver, canaq; lilia Achanti
 Distinguent florem, viola halantesq; corollas
 Aptant, atquè rosis immixta papauera vernant;
 Cui

Cui lata ludunt Charites, cui Gratia circem,
 Cui lepor atq; omnis, remeat lux altera Turris
 Quo melior, felix Cumœi temporis atas,
 Anteq; promissi manabunt Aethere rores,
 Imaq; undabunt Cœlesti nectare valles;
 Eia agite accelerate viam, Diosq; Penates
 Ingressi, Puerolati colludite laudes,
 Laudibus, & Matri, & Nato superaddite dona.
 Hoc Duce non illi resides, sed passibus aquant
 Solliciti paribus, quâ pergite vertice flammam;
 Iam Collesq; Aurora tuos, ubi Diua superbis
 Sanguineis signata notis, ornata capillis,
 Lucentis referas rorantemq; Aetheris ortum,
 Alma nuncia si da facis, regna illa feracis
 Panchaiaq; sinunt, Arabesq; ubi lucida iactant
 Munera, Erythrao lectasq; subaquore baccas,
 Grataq; odoriferis stillantia balsama Virgis;
 Quaq; loca Eoa fructu felicia Terra
 Servat odorato spectandus thure sabaus,
 Transiliunt celeres, retrò Collesq; beatos
 Diuitis Armenia relinquunt, iuga Caspia Cœlo
 Inuida quâ certant, & vincunt vertice nubes;
 Alluit Euphrates tumido quâ gurgite ripas,
 Quaq; celer rapido fluctu d scurrit Araxes,
 Latè agros apti redolenti spargere amomo,
 Aruaq; dissimili florum miniasse colore
 Non magè si vertant oculos, si lumina retrò;
 Vrbes inspectare licet, non Oppida Terra
 Quæ magna dititione tenent, mandataq; cogunt
 Ad sua, prateriere, vsi non deside equorum
 Cursu, sed Dromadum forti conamine vecti;
 Isacidum penetrantq; solum, mensi Galilea
 Fines, Carmeli decliuës tramite valles,
 Quâ spirant faciles Libaniqu; t. pentis odores,
Altus

Altus & aërio longè quâ vertice opacat
 Rura Tabor, vitreas refluens leniq; susurro
 Quâ versat Jordanis aquas per pingua prata,
 Et vestit pictos humentia rura decores;
 Respersam œvernunq; iugis samaritida Terram,
 Et Solymos, roseo deducti Syderis igne,
 Proceduntq; etiam, exiguo dum constitit antro,
 Flebat ubi Virgo Genitrix incommoda partus:
 Est specus à Solymis Bethles propè mania Terra
 Haud ingens, hominum nè labor, potius nè Parētis
 Natura, incertum, ut daret hæc spectacula Terris,
 Cœlumq; hospitio caperet, Regemq; Deorum,
 Virginei nossetq; prior miracula partus,
 Imminet à tergo rupes cui plurima, saxis
 Vtrinque asperior pendentibus, ardua cautes
 Et latera exesa pracingunt; est domus intra
 Ex sterili iunco, cannaq; intexta palustri,
 Pauperis & tuguri compactum cespite tectum;
 Ergo huc ut ventum, sedit fax aurea, Cœlum
 Firmaq; maiori radians splendore colorat:
 Post ubi quod spectant, quasitas hic fore cunas,
 Aeternumq; rati Regem vagire sub antro,
 Optato grata gausi munere sortis,
 Lumine signatos pedites subiere recessus.
 Nunc agè quis feriat potiori pectora Thyrso,
 Delius & melior diuino conciat œstro,
 Dulcia detq; canam, fuerint qua gaudia utrinq;
 Pande Helicon, nouas & Vati suggere vires
 Calliope, tecumq; Chelym mihi tendat Apollo.
 Ut tecti subiere fores, & limina, Nati
 Fixi oculosq; genis, oculos fixiq; capillis
 Illachrimāt gaudentq; simul quia gaudia cernūt
 Et suæ, & enati constant incommoda partus;
 Mox senior lachrymis fari sic cœpit abortis;

O Cœli

O Caeli mirum decus, ò Oriensq; diei,
 Lucifer alme, Polum collustrans lumine utrumq;
 Ignis ubi nunc ille nitor? tun' Phosphorus, altum
 Qui roseis late flammis accendis Olympum?
 Tu nè Deus? parent Mundi septemplex Orbes
 Cui celeres, intrantq; alternis Vesper, & ortus?
 Cui variat Lux, Noxq; vices, Sol, Diuq; noctis
 Cynthia, decurrit facibus qua mille per Axem?
 O Augusta domus; retines tu scilicet una,
 Quem nulli tenuere Poli, domus unica tanto
 Lecta Puerperio, tibi opus quid sydere solis,
 Aemula Phabæa vincis qua spicula lucis?
 Ast ego quid deinceps cupiam, cui visere tanta
 Indigno hac licuit? Puer, ah Puer, ecce libenter
 Pono animam, tu solue animam, me munere latum
 Atq; rape, & nimio plus lumina fausta recorde:
 Tolle animam, me tolle Puer, sat, tolle, beasti.
 Hac ait, & moestis sociat tria munera dictis;
 Mox alter tristi lachrymans superaddidit ore:
 Eloquar, an sileam Puer inclyte? scilicet ardet
 Mēs, animus suadetq; loqui, sed enim basitat ultra
 Lingua, sonis medijs voxq; intercepta residit;
 Sive Deū aspicio, es Deus, atq; è Virgine Numerus,
 Nil equidem mortale sonans, quo vivitur uno;
 Seu Regem video, es Rex, atq; è Virgine Princeps,
 Nil leue, tenue sonans, Regum cui subdita sceptrum;
 Sive hominem, mortalis es, atq; è Virgine membris
 Verus homo; superant mentis miracula captum;
 Felix, qua tantum meruit Dea gignere fatum,
 Felices oculi, felicia lumina, meme
 Qua mea nunc vidisse Deum potuere beantem;
 Amplius baud auris vesci vitalibus optem,
 Ecce animam depono libens, & lumina claudo;
 Tolle animam, me tolle Puer, sat, tolle, beasti.

Hac

Hac silet effatus, triplici dum munere donat :
 Verba sed exceptit soluens his tertius ora ,
 Quis mihi te Puerum Terris decet auree ? natum
 Quis te mortalem dicat ? non sydera vultu
 Qua iaculare, sinunt, visa nisi imagine fallor ,
 Nec sinit Ambrosia margo pellucida frontis,
 Frontis, hyperboreo qua sit nihil emula rori ,
 Gloria Amycleos & Lada vincat olores ;
 Labra negant, queis coccus inest, qua Diua leporis
 Alma beat ; non ora ferunt, qua basia libant
 Basia ; que saturant ut dulci nectare Amantem ;
 Membra minora Deo, tantos quis credat & Artus ?
 Et tamen ipse Puer, fateor, Puer es, Deus esq ;
 In membris Numenq ; latet mortalibus, artus
 Numinis & superi mortales sede beantur ;
 Admiranda cadunt nunc primum cognita Terris ;
 O me felicem felici sydere natum ,
 Qui quod anhelabant alij spectare, negatum
 Estq ;, videre meis cunas propè dignor ocellis ;
 Optassem iam multa frui per secula luce ;
 Nunc liceat finire dies, & cedere morti ;
 Ecce animam depono libens, & lumina claudio ,
 Tolle animam, me tolle Puer, sat, tolle, beasti :
 Hic modus, & voces humiles tria dona sequuntur ;
 At Nato Genitrix perstrictas Carmine laudes
 Aure bibens facili, tacito sub pectore condit ;
 Atque oblata capit regalia munera, grates
 Quas potis, & reddit, largo sua gaudia riuo
 Illachrymans, rignis roranti lumine guttis ;
 Tum Nato conuersa, genis vlla sine lege
 Oscula compressis labijs felicia iungit ;
 Fortè inquit, Diuine Puer, sat, comprime risum,
 Gaudia iam retine, morior, sat corda bibarunt ;
 Sensit amans ; risumq ; hylari suspendit ocello ;
 Sed simul & vates tenuem suspendet auenam

I N C H R I S T I D O M I N I
Ascensione Carmen.



Segniasat resides coluerunt otia cantus,
 Et diuturna mea fecere silentia voces,
 Concipiat iã lingua sonos, emittat ad auras,
 Qua tacito versata diu sub pectore seruat;
 Festaq; dum flammis fumant altaria sacris,
 Mercibus ac Diuum Nabathais Tempora vaporãt;
 Aetherei fractisq; patent dum postibus Orbes,
 Flammeolos reserantq; sinus, & cantibus ora
 Aligera soluant Anima, Diuumq; Phalanges,
 Me quoque concepto iuuat indulgere furori,
 Regisq; Aeterni superos cantare triumphos:
 Tu Deus, à nostro procul est si carmine Apollo,
 Musarum cantuq; potens Chorus, aspice Vatem,
 Tu rege me, solusq; mei Dux carminis esto.
 Tartareum Chaos, & deformia Regna tenebris,
 Nigraq; precipiti Lethes labentia cursu

Flumina

Flumina, lux ubi nulla, oriturq; dies, dolor omnis
 Tristia lethalis soluit contagia culpa,
 Ac tetra resonant horrendo murmure valles,
 Sanguine lustrarat fuso per vulnera Christus;
 Indeque tot Duce devictis cum Dite manipulis,
 Et Stygio Domino ferratis colla catenis,
 Atque adamantea victo compage lacertos,
 Traxerat antiquos Proceres, de sanguine quorum
 Os hominis, vultumque tulit, mortalibus agris
 Optatam allaturus opem, Vatumque coronam,
 Insignesque animas, Regis, quae iussa secuta
 Aetherei, superos possiebant iure triumphos;
 Felicem Victoris pradam, digna trophaea,
 Deque triumphato spolia ampla potente Tyranno;
 Iamque quater decies roseis inuicta quadrigis,
 Purpureis stellata comis, cui gratus in ore
 Vernat honos, eludit amor, decus omne triumphat.
 Purpura conspergitque genas, aurumque labellis
 Insidet, ac tereti nix collo, Cynthia Olympo
 Noctiuagis accincta ignem succenderat astris;
 Et toties posito umbrarum post munia curris
 Aequore defessos respererat unda iugales;
 Ille sacro comitante Choro cum fluctibus aureum
 Sole locos adiit caput emittente triumphi;
 Non procul à Solyma celsis est moenibus Urbis
 Collis, odorata collis gratissimus aura;
 Plura ibi perpetuo vernant virgulta decore,
 Et picto teneras truduunt de cortice gemmas,
 Luxuriant patula protenso stipite lauri,
 Chaonia extendunt & quercus brachia, mixta
 Et corilis ulmi, nutritaque populus unda
 Lasciuit, fagusque, ingenteque mole cupressi;
 Sed tamen est numerus viridantis maior oliuae;
 Nec de sunt viola picea ferrugine tincta,

Addita

Addita nec croceo flammata papavera Acantho ;
 Purpureos laxantq; rosa , queis lilia rident
 Nexa sinus , hyacinthorum & sylvestria dona ;
 Ille ibi pròh quoties Patrem per vota precatus
 Conceptas animo restinxit Numinis iras ?
 Aurea pròh quoties manarunt lumina guttis ,
 Guttis , qua Scythicas precedant pondere gemmas ?
 Pròh quoties doluit discisso pectore ? amantis
 Et margo rubuit stillanti sanguine frontis ,
 Frontis , qua superas suspendat lumine flammam ?
 Huc ergò festinus adit rediturus ad astra ;
 Protinus eccè genas respersus , & ora rubore ,
 Sydereos hylarisq; oculos , quibus aurea cedant
 Spicula , qua primo dispergis Lucifer ortu ,
 Emicuit , sparsisq; comis per eburnea colla
 Composuit roseos splendenti guttore vultus ,
 Queis amor , & gelasinus inest interpres amoris ;
 Lacteolam cinxitq; togam , de mille lapillis
 Quam Deus aeterno textam discreuerat auro ;
 Qualis & occiduo quà littora Sole tepefcunt .
 Et quà puniceo Tithonia surgit amictu ,
 Grataq; florigena distillat munera roris ,
 Sponsali fruitura toro , thalamoq; marito
 Fœmina , Virgineos diffuso rore per artus
 Terq; quaterq; suos , multa se perluit unda ;
 Mox & odore facit madidum redolere capillum ,
 Lenis quem Zephyri promissum ventilat aura ,
 Et comit tereti gemmata monilia collo ,
 Ridet honor pictisq; genis , & gratia vultu ,
 Signis palla , auricq; riget , quam neuerat ollè
 Alma Parens , multusq; ardès lapis asperat Indus .
 Certat onyx , Amethystus inest , Hyacynthus , Acathes
 Paucis , tota rosas imitanti promicat ore ;
 Non secus Aethereas Christus rediturus ad Oras .



Et digno solium peteret sublime triumpho,
 Sic oculos, sic ora tulit, pinxitq; colore,
 Surgens Oceani quo Phœbus pingitur unda,
 Corporis & totos aptavit pulchrior artus;
 Desuper auratum picto tum limen Olympo
 Tollitur, & geminas in partes diditur Aether,
 Astraq; venturi nequicquam ignara triumpho
 Aurea, lucentes geminarunt lampade flammam;
 Et roseo facibus duplicatis Phœbus in Axe
 Fulsit, & insolito depinxit prata decore;
 Nec tenuit tacitos argentea Cynthia vultus,
 Enituit duplici media inter sidera cornu,
 Ignibus effingens roseas splendentibus auras;
 Vix hominum patitur vibrata incendia vultus;
 Stridet nõ Aquilone salum, non murmurat undis
 Auster, nec sicca Boreas grassatur ab Arcto,
 Effera discordes posuerunt flamina Venti;
 Aequata spirantq; aura, Zephyrusq; tepentes
 Lenibus adspirans demulcet flatibus auras;
 Quid? tonuere soncq; Poli, cecinere Phalanges,
 Quas Christo occursu Pater altus adegit ab Aula,
 Et motis fidium pulsato pollice nervis,
 Ruperunt resonas grata hac in carmina voces;
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum;
 Ecce iacet prostratus humi, Deus optime, Sathan,
 Collaq; demittit cedens victricibus armis,
 Eumenides victaq; silent, Herebiq; Phalanges;
 Te cecidit Babylon, & præceptis Numine facta est;
 Vindice ut è prima si quando Iuppiter arce
 Torqueat ignitum fulmen cum fulgure dextra,
 Excelsa Turresq; cadunt, & moenia, & Vrbes;
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum;
 Ecce tibi totus Victori procubat Aether
 Cernuus ante pedes, rosecq; accensus honore
Christe

Chrifte tibi solemne sui dat pignus amoris ,
 Aptat & ad celebrem promptus sua munera pōpā.
 Quaq; potest melius venientem voce salutat ;
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum ;
 Chrifte Triumphales adsunt, tua pramia, currus ;
 Pompa tibi nec deest, veniunt elementa figuris
 Ad tua iussa suis, Cœli ut sectentur ad Arcem ;
 Mixtaq; qua quatuor fingunt discrimina vocum.
 Dulce melos recinunt, Diuini carmen Amoris ;
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum ;
 Purpurat ecce nouo redimitus vellere Olympus,
 Dumq; tibi famulatus adest, te Numen adorat,
 Ut ponant famulos, hortatur sydera fasces,
 Hæc verò, pompa ut fiat felicior, Echo,
 Echo quod canimus, resposant carmen Amoris ;
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum ;
 Nos quoq; (grata Cohors) superis è sedibus acti
 Adsumus officio; en quo pingimus æra gyro ?
 Versibus indulgent nostri pars una, sonusq;
 Altera; partitum est in eodem munere munus ;
 Vnum hoc sæpe tamen iactatur carmen ad aures ;
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum ;
 Deniquè te Genitor Cœlestis Origine Nato,
 Diuiniq; Aura Spiritus geniabile Amoris
 Anterior, par utrique æuo, Numine, & annis ;
 Arte laboratum renitente adamante Magistri,
 Conuocat ad solium, sociato carmine neruis,
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum ;
 Sic cecinere diu, cum se ille pararet ad Astra ;
 Ecceq; mox medio consistens agmine Pubis,
 Princeps Aligerum Michael cui prauius armos
 Lorica, & rutilos accinctus casside crines,
 Cui Laua Clypeus, persulget cuspide dextra,
 Ore grauis, facilisq; gena, nutrimentum Amoris,
 Findebat

24 Heroicorum Carminum

Findebat placidas pennis stridentibus auras,
 Ad patrias remeare plagas longo ordine coepit;
 Presentit Natura nouum coepisse triumphum,
 Et gestit gradiente Deo; quacumque capeffit
 Axe viam solers dispergit munera; Coelos
 Perluit ambrosia, fuscq; hinc nectare, amomae
 Inde serit, sociat Pangeaq; cinnama nardis;
 Huc omnis conspirat odor, miniata rosetis
 Lilia splendent, viola sparsaq; Hyacinthis
 Depictum referunt multis splendoribus arcum;
 Hinc videas elementa choros ductare, rubentes
 Hinc noctis gestire faces, applaudere pompa
 Enitq; magis medium inter sydera Solem,
 Quo magis applaudit; niueis ac Cynthia bigis
 Quo ridet, videre magis; nempe omnia summum
 Artificem nouere suum; miracula Amoris;
 Aligeri interea alternant hunc carmine cantum;
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum;
 Vt vetum Patris ad thalamum, cui cedrina splendet
 Culmina, cui firmant laquearia celsa columna
 Bis centum, totidemq; perenni adamante renidet
 Intra parte bases, circum quam multus Elenchus,
 Crysolithusq;, & Onyx, Berillus, Iaspis, Achates;
 Quo Pater in solio residens Mare, Sydera, Terras
 Lege regit, Coelumq; quatit quo fluminis ictu,
 Inq; suis elementa facit considerare testis,
 Nunc mare sauire undis, nunc mitescere, Ventos
 Flamina nunc calare sinu, nunc flare per auras;
 Obuius e solio surrexit iturus Ouanti,
 Excipit amplexu, letanti & voce salutatur;
 Victor Io, Bellator Io, cape Diue triumphum;
 Tum testudineis melliflua carmina neruis
 Aligeris sociare iubet; parentq; Ministri;
 Præh quibus hinc resonat Coeli cœnentibus Aula?
Interea

*Interea ad dextram summi Patris ille locatur,
Candida q̄; e merito ditatur dextera sceptro,
Gemmato picti q̄; nitent diademate crines;
Aurea cui Regum cedant diademata, claro
Vincere quod fulgore faces, & odore sabaum
Thus, & Idaspas benè possit pondere gemmas;
Sed quonam en raptor, quonam feror en Deus? ecce
Sat cecini, sileat, cerno qua lumine, lingua.*

**IN EADEM CHRISTI DOMINI
Ascensione Carmen Romæ habitum
In Collegio Clementino.**



AXE Triumphantis felicem carmine p̄p̄a,
Aethereosq̄; libet Christi cātare triūphos;
Aurea sydereo redimitus tempora crine
Cum tepidos meliore sinu sol disijcit ignes,
Stillanti gremio Tellurem rore maritat,
Deserit & solitas radijs clementibus undas;
Florentem Clorysq̄; comam diffusa, decore
Lacteolo, roseoq̄; genas, queis lilia rident,

B Et

Et gaudent sociare rosas, & labra corallis
 Inuida, odoratis circum crinita corollis
 Instaurat speciosa choros, ludiiq; iocosa,
 Caelestesq; beat festis applausibus auras,
 Dumq; sibi lasciuit amor, lasciuit honosq;
 Gessit Olympiacis occurrere lata triumphis:
 Misa faue, tu Diua faue, cui stemmata lauro
 Haud nitidas operata comas Helicone coronant,
 Plurima sed Coelis inter Patris agmina Diuam
 Aeterno decorant gemmantia sidera seroto;
 Tu mea, quando tu Vatem me pignoris urget
 Laudis amor, faustis Virgo da liutea ventis:
 Clara renascenti redimicula nectere fronti,
 Millena cingiq; face, ardent, q, quadriga
 Cornibus inuectam geminis, noua Sidera celso
 Exeruisse quater decies Latoida Coelo
 Fecerat, Hesperij deuexo margine ponti
 Cynthius ut laxaret equos, nitidam q, laxaret
 Oceani sub fonte comam; totiesq; replexam,
 Roranti extulit at ducto temone per auras
 Atque sua radijs habitarat sidera lucis;
 Ex quo Tartarei caecas Acherontis ad oras;
 Pallentesq; domos animarum regna silentium,
 Se Deus intulerat; lethaei ubi ianitor Orci
 Cerberus clatrat, tollunt vesana Cerasta
 Cornua, Centauriq; tremunt, & carcere pubes
 Laxatis diro stabulis Titania virgulis,
 Gorgones, Harpyaeq; vibrant incendia lingua;
 Interea dum luce nova perterrita languent,
 Imperat inuictis diuturna silentia Monstris;
 Illa incerta labant, densis conduntur in umbris,
 Ima Herch q; petunt; praecipua pars desilit atro
 Gurgite, quas agit Coccyi flumen, in undas;
 Pars obliqua magis retrorsum lumina versat;

Ille

Ille serenato percurrens Tartara vultu,
 Detentos nebulis, squallenti nocte q; Diuos,
 Insigne q; animas, superi penetrabilia regni,
 Quaeq; sacras meruere domes stellantis Olympi,
 Traxerat, aethereis Caelo agmina digna triumphis;
 Et secum nitidas Victor reuocarat ad oras;
 Quare agè luce dies Terris felicior omni
 Fulserat, haud quicquam primauis inuida seclis,
 Vltima qua fierent diuini pignora amoris,
 Atque triumphali Victor super Aethera curru
 Vectus, & emerita praeter vaga sidera pompa,
 Panderet eratas conuulso cardine valuas,
 Quas clausit vesana lues, Diademata crinis
 Aptaret roseo, ignitis distincta Pyropis;
 Aurea gemmato ferretq; nitentia tecto
 Sceptra, Patris Summiq; latus, sibi debita, dextru;
 Cum Genitoris amor Caeli de parte serena,
 Tempora qui flexit, reuiri q; reflectit habenas,
 Spectatq; intuitu, quicquid complectitur vno
 Orbis, & aequoreis qua Titan se occulit undis,
 Et qua rorantem reserat flammatus Olympum,
 Igne nouo exardet Geniti spectare triumphum;
 Ergo is adesse iubet stellata in veste Ministrum;
 Cui grauiora solet committere munia, secum
 Talibus & fari latanti pectore coepit;
 Fide Vigil, spes Militia lectissima nostrae,
 Quo Duce cum telis fureret ciuilibus Aether,
 Arctoum q; furor contenderet impius axem
 Scandere, deiectus poenas dedit improbus hostis;
 Quem q; ideo nouaserta beant, quo gratior Antea
 Alter non residet nostra, non carior alter;
 En tandem tempus, Geniti quo grata labori
 Otia succedant, Terris & transuolet Astra,
 Victor Olympiacas rursus regnare per oras,

Et paribus rexisse Polo lata omnia habenis ;
 Tu vade , & tecum nostras deduce Phalanges ,
 Occurras celeriq; sibi per inane volatu ,
 Instaresq; nouam redeunti ad sydera pompam ;
 Hac ubi dicta , Duci meliorem inspirat amorem ;
 Accipit ille libens , demisso & poplite latos
 Risu animos aperit , socias operiq; Cohortes
 Conglobat , adq; nouum , iubet , aptent illico munus ;
 Nec mora ; nam subito pennis rutilantibus alas
 Accingunt celeres , pedibus talaria nectunt
 Aurea ; Virgineo tantus corde estuat ardor ,
 Ac Regis dominatur amor ; sibi gemmea ductæ
 Vellera adaptauit , circum qua limbus obibat
 Lemniscis latè inserto renitentibus auro ;
 Utq; Aether primis ardens ubi purpurat horis ,
 Mane nouo digressa toro Tithonia sponsi
 Rosida quò terris Phaetontis nunciet ortus ;
 Puniceum fert Diua sinum , crinesq; , decoros
 In nodum crispante aura per colla vagari
 Gestit , eburneolo flammæq; è margine frontis
 Sydereæ speciosa iacit , roseisque superbit
 Artubus , Assyrio redolentibus undique nardo :
 Qualis quòve grauet vorantibus æera nymbis ,
 Solis ab aspectu per nubila deuolat arcu
 Iris , veste decens , & versicolorious alis ,
 Et picturato decorat velamine Cælum ;
 Non alia Aligeri nituit Michaelis imago ,
 Lacteola frontisque decor , quò grata decenter
 Scilicet instrueret iussa solemnia pompa ;
 Iam celeri que gradu coepit volitare per auras ,
 Quem stipant socii , fulgentia protinus ollis
 Limina splendentis reserantur Iaspide sphaera ;
 Quis egressa Acies , postis longo ordine signis
 Incluta procedit ; re , onant plaudentibus Orbes ,
Quæ

Quà pergit fluitando alis, & dulcè remugit
 Latior aura; Poli tranat sic aurea tecta
 Empyreï, nitidas quassant ubi sydera flammæ,
 Et quàm Zona riget gelido saturnia tractu,
 Et quàm picta Iouis ridet laquearibus aula,
 Bellica ubi pendent violenti insignia Martis;
 Et Phœbes permensa vias, præteruolat arces,
 Quas iactat roseis stratas Venus aurea gemmis;
 Sed mirum, nouitas surgat qua vertice rerum,
 Quantaquè Cœlestes sphaeras præcingat imago;
 Sydereas pars una faces namque Agminis, ignes
 Ingeminasse animat, roseos præpandere honores,
 Ac mage stillanti felicia lumina rore,
 Conspicuum argutare decus, dispellere nimbos,
 Enitidas vestire comas, meliorequè densas
 Scribere diducto circum supera ardua gyro;
 Pars ventos iussere suis spiramina flabris
 Ponere, & aduersis horrentia bella sagittis;
 Non Euros, non flare Notos, non murmure tristes
 Insanire sibi sociantes nubila Coros,
 Sibilet at lenis & ephyris genialibus aura,
 Et virides foeta motantibus arbore gemmas:
 Plurima pars etiam, quàm dulcia munera? odores
 Per Cœlum sparsere rosas, queis rosida Tempo,
 Grataquè se concedant culti violaria Pesti:
 Hinc Amarantheis ornatur semita sertis,
 Hinc crines Narcissus hiat, seu lilia capens,
 Flammea colludunt lætisue rosaria Calthis;
 Dispare sicque viam persurgens muliere Pubes
 Percurrit pennata, videt dum surgere mole
 Ingenti solyma præcelsis mœnibus Urbem;
 Haud longo facilis diuisus tramite visu
 Collis erat, quem multis a beat viridante capillo
 Læurus, odoratas apta ornauisse corollas,

Populus alba cōmas, crines hirsuta que Pinus,
 Et quercus viridis mixtas intermixet ulmas;
 Sylva oleis glaucis que facit densissima nomen;
 Hæc fluit irriguis tranquillo marmure lymphis
 Decurrens campi sua per vestigia Cætron;
 Hæc quoniam sedem lætam meminere triumpho,
 Accurrunt, superos quò venerat ante recessus
 Insigni Procerum sese comitante caterva,
 Qui Victor tranaret Ouans, & pignus amoris
 Salueret extremum, Cœli dum claustra refringit;
 Iamque hylarescentem concordi carmine Cœlo
 Intipiunt accire Ducem; testudinis aurea
 Vocibus intensas sociantia pollice chordas
 Agmina Cœlitium, latum Fauna canentium;
 Diue veni, Rex alme veni, Rex Christe triumphas;
 Immensa splendor flamma, lux aurea Cœli,
 Delitia, Prolesque Patris sanctissima, rerum
 Et Deus, & Columnen, Diuumque; æterna Voluptas;
 Qui patria solis cessisti è vertice, Terris
 Panderet ut niveum pennis Pax aurea limbum,
 Frenatis pariterque minis, & fœdere nexo
 Oscula ferret amor Pacis; Pax ecce refulsit,
 Exiditque in niveis felix concordia pennis;
 Oscula Pacis erant, operi quid desit? iniquas
 Ergo magis nè nocte moras; super inferere rursus
 Te Cœlo summi que se petas suosellia Patris;
 Diue veni, Rex alme veni, Rex Christe triumphas;
 Ecce suo viduas a diu te Regia Rege
 Nostra solet, Diuumque Aedes, atque ardua tecta
 Fermè inuisa sibi languent; depingitur Aula
 Sydere non solito, rident non limina, ut ante
 Ex adamante, operata auro laquearia sordent,
 Aë velant tenebris densa decora omnia nubes;
 Excute tu nubes, iternumque reuertere, sistem
Leta

Eata tuo reditu faciemque resoluat imago :
 Diue veni, Rex alme veni, Rex Chrïste triumphas;
 Ecce serenator qui Cives Aethere vultu
 Dulcia latitia recolebant otia Chrïste,
 Te sine languescunt; non viliū verberare eburno
 Dat sonitum pulsata Chelys, non organa cannis,
 Non discors resonat vocum concordia, nullus
 Et nitet ore decor; tu sed tamen amplius Orbe
 Pergis amare moras? ah si quid restat anioris,
 Linque moras, faciesque tuos soletur Amantes;
 Diue veni, Rex alme veni, Rex Chrïste triumphas;
 Mane nouo quales genitos Hyperione vultus
 Sanguineo gemmante sinu, rorante capillo,
 Inuehit Aethereas flammis melioribus auras,
 Quam curru occiduo, sero cum vespere in undas
 Pronus erat Phaeton, nocturna silentia soluit;
 Pater abit, cum somnus abit, leta omnia reddit;
 Inscris te astris, faciem nec conde serenam,
 Leta haent anidos redeuntia gaudia Diuos;
 Diue veni, Rex alme veni, Rex Chrïste triumphas;
 Si gelida non imbres rose, non lilia rorent,
 His rubor, his niveus candor fluit ecce comarum;
 Humectent, verui qui surgent illico honores;
 Si non depingant radij violaria solis,
 Illa cadunt, pingat, videas crinita renasci;
 Te fixa iam superis perijt decor, aspice, su Quis
 Occupat & languor; Diue ergo nictara rotis
 Sparge, sinu roseoq; faces iaculare, nitescunt;
 Diue veni, Rex alme veni, Rex Chrïste triumphas;
 An vident, ut tacitas occultet pectore curas
 Aeternus Genitor, te propter langueat, alnum
 Sapius & repetat, sua te solatia Natum?
 Preparat auratis splendentia ferta capillis,
 Consita gemmatis & dextra scepra lapillis?

Huc ades, & tenuem velox super Aethera jussu
 Igne nouo captum facie soleris Amantem,
 Et sceptro dextram comas, & tempora seruo;
 Diue ueni, Rex alme ueni, Rex Christe triumphas;
 Quid remorare? tibi num sterni vertice pompam?
 At pompa in promptu est; roseo tibi Phoebus Olympo
 Obuius ecce uenit redimitus sydere crinem
 Multo, sydereas & ducit Cynthia flammam,
 Alternisq; elementa student assistere Ouanti;
 Quid uero? adsumus è superis, gratumq; Phalæges
 Soluimus officium; nè ergo remorere, quid optas?
 Scande Polum, Bellator oua, succede triumpho;
 Diue ueni, Rex alme ueni, Rex Christe triumphas;
 Crebrius hac læto cecinit Chorus Aliger ore,
 Acciuit Cæloq; Ducem, hac exercitus inter
 Ordine dum recto sese disponit in agmen,
 Pictaq; multiplicem sinuantia carbasa limbum
 Aërea dat Zephyro motari flante per auras;
 Murmure præmisso litui, clangoreq; cornu,
 Quo percussa cauis responsit nubibus Echo;
 Tum Christus niueo respersus honore lacertos,
 Et frontem splendore nouo, quem lilia fingunt,
 Lactea de medijs candent ubi nata rosetis,
 Ac septus nitido nebula felicitis amictu,
 Tollitur emotis sensim per inania plantis;
 Geu cum purpureum profert Sol ascreus ortum,
 Nocturno repleas si nectare, sentiat ouum
 Ignitasq; faces, leuiter subducitur aëreo
 Suspensum filo, flamme per munus in auras;
 Vos mihi Cælicola, cantus quos edidit Aether,
 Utq; triumphanti reseruant omnia Diuo,
 Dicite, que melior surrexit pectore cura,
 Quas per Aethereos cecinistis carmina Campos;
 Hic uidisse reor Redncem primordia rerum

Officijs

Officijs elementa pijs colere, Orbibus illic
 Sydereis rutilos poni super Aethera fasces,
 Centenis Phœbumq; iubis, Lunamq; Bicornem
 Ludere spherarum dulces ad pleetra choraas,
 Authori Domino gratentur ut omnia ouanti;
 Vos & Apollineos agitantes pectine nervos
 Angelicos iterare sonos, Paana canentes;
 Diue veni, Rex alme veni, Rex Christe triumphas;
 Et grato Cœlum contrâ geminasse tumultu;
 Diue veni, Rex alme veni, Rex Christe triumphas;
 Sic superum præeunte Choro, Paanaque cantu
 Alternis miscente vias metitur Olympo;
 Ventum iamque erat, Arctois ubi bina smaragdus
 Limina baccatos totidem firmantia postes
 Lucent, egregia confertis arte lapillis;
 Hec aditum Templis faciunt, quibus alta pyropis,
 Atque hyacinthis ardent laquearia gemmis,
 Non ibi marmorea surgunt de mole columna,
 Mygdoria firmantur bases, sed diuise factas
 Incise baccis retinent Adamante columnas;
 Aurea parietibus pendent variata figuris
 Stromata, dissimilis reteguntque tapetia gemmeis
 Picturata solum calamo, auro insignia & ostro;
 Protinus accurrit Genitori Nuncius, ante
 Qui ferat aduenisse. Ducem Cœlestibus Aulis;
 (Interea ad limen tacite subsistitur;) ille
 Haud mora, de solio, noctem quo temperat aquæ,
 Atque diem, varioque vices discrimine verum
 Seruat, & eterne imperio regit omnia legis,
 Subsilit, ac sese reliqua stipante corona
 Spirituum, Nato citior venit obuius Euro;
 Aequor utrinque datur, sic se contingit uterque,
 Mutua in amplexum vibrant & brachia collo,
 Basia bis centumque iterant, prob dulcia, labris;

*Indè capit Geniti Genitoris dextera leuam,
 Ac comitum dum Turba implet concentibus auras,
 Deducit nitida summis penetralibus Aula;
 Hic folio residere facit, cui margo renidet
 Aurea centenis, centeno ut Sydere, gemmis,
 Trinaquè flammeolis auro redimita capillis
 Innectit fersa, & pretioso torque coronat;
 Nec sates hoc, manibus per secla aeterna ferendum
 Dat sceptrum, Baccas auro pingente coruscum.
 Sceptrum, quo fixato decernat tempore Cæli.
 Lumina purpureas iaculari vertice flammæ,
 Et segetes vernare solo, & ditescere pomis
 Arbuta, Cælestes & circumuoluer Orbes;
 Sic finem reperit tuus, ò mi Christe, Triumphus,
 Sic finem faciet cantandi Musa Triumphii.*

IN COELESTES NVPTIAS REGVM
 Regis, & Cælorum Reginae Epitha-
 lamium Dictum Romæ.



HVC agè, sydereo Cæli qui lap'us ab Orbe
 Diuini Diu? es Gæbriel, Interpretes Amoris,
 Hùc

Huc Cœlestis Hymen, fertis gemmantibus auro
 Netas cinctæ comas, Tyrio & sandalia succo
 Pictæ veni, mecum q; Dei sponsalia, nuncum
 Diuinos agita festiuo carmine Amores;
 Cœli Hymen, ades ò Hymen Cœli, ò Hymenæe.
 Alme veni, roseo suffusus ab igne, colcstri
 Et niueo candore genas, fronti q; leporas,
 Dispersum perquæ ora decus, vultumq; serenes
 Lumine Diue magis, comptos & pectine crines
 Profer Achæmēto roratus tempora nardo,
 Vndique Orontæos & vestis spiret odores;
 Huc pulcher, nitidusq; veni, Connubia quidni
 Iam recinis? castosq; Dei modularis Amores?
 Cœli Hymen, ades ò Hymen, Cœli ò Hymenæe;
 Quid carmē remoraris adhuc? viden', aerea Cœlo
 Festinum molitur iter Sponsa; aspice, ut olli
 Occurrit meliore coma Sol? aspice, supplex
 Vt Phœbe venerata Deam, uclioribus Axem
 Turpurecs ignes facibus iaculata coloret?
 Ridet uterque, Deq; totus blanditur & Orbis,
 Dum thalassum, sponsæquæ petit casta oscula, spōsa
 Sternere Virgineæ gestit de luce triumphum;
 Cœli Hymen, ades ò Hymen, Cœli ò Hymenæe;
 An viden? euulsis foribus suprema debiscit
 Aula Dei exceptura Deam, vaga sidera circum
 Indulgent chorcis, Diuicq; ex ordine, Diue
 Et simul huc bylares ueniūt; hinc cynamama, odoras
 Sparguntq; inde rosas; medius iam prodit amictus
 Sponsus in aurato, gemmisq; micantibus cstro
 Astra super; secum Charites, Am. or. aureus alis
 Antè, retræq; iacit pectus serientia Amantium
 Tela, simulquæ animos; cupit en contingere spōsam,
 Optatisq; frui suadet complexibus arāor,
 Cœli Hymen, ades ò Hymen, Cœli ò Hymenæe,

O quantum ore decens sponsus, quo fulget honore ?
 Huic phylares oculi, roseos iaculantur & ignes,
 Discolor in malisque decor; cadit aurea collo
 Casaries promissa, sibi qua vincit Amantis
 Corda, animumq; aded nodis interplicat artibus;
 Non sic aurata surgis noue Lucifer Oeta
 Eructans ex ore faces, nitidaq; decorem
 Orbi luce ferens; gremio nec fingeris olim
 Matris Amor iacuisse tuę, nec Phębe resulges;
 Cęli Hymen, ades ò Hymen, Cęli ò Hymenęe;
 O quantum ore decens, quo fulget sydere sponsa?
 Ut ridet speciosa genis, frontemq; serenat,
 Temperat & risu faciem? an calor inuidet astris?
 Sed malit Cytheręe tuas nec Phosphore flammias;
 Dulcè rubet, gratumq; oculis blanditur Amanti;
 Non sic Eoa roseum caput exeris unda
 Sanguineas rotata genas Thaumantias; igne
 Rori fluo pingisq; Polum: nec clara ruborem
 Lecta in Erythreo diffundis gurgite gemmas;
 Cęli Hymen, ades ò Hymen, Cęli ò Hymenęe;
 Lilia ut in medijs flamme scunt vepribus, inter
 Milleq; scintillat radijs adamantina gemmas;
 Ut face splendidior Cęlo sol emicat astris,
 Et rosa vernaes irridet regia flores;
 Aurea Virgo nitet Diua sic pulchrior omni;
 Cęli Hymen, ades ò Hymen, Cęli ò Hymenęe;
 Ut Volucres Paphij vernant mille inter Olores,
 Ut plaga syderei perfulget lactea Cęli,
 Altaq; proccero nemus arbor vertice obumbrat,
 Seu curu spinus folijs, recti suę Cupressus;
 Sic & Amans splendore alios excellit Amantes;
 Cęli Hymen, ades ò Hymen, Cęli ò Hymenęe;
 O qualem toto dispergit in Aethere odorem
 Castus Amans; crinemq; mulso cui myrrha liquore,
 Ambrosię

Ambrosie fuditq; latex; cui vestis odoro
 Halat, & irrigui roatur nectaris imb're?
 Qui vel odor, dulcedo vel ipsa est? thura valete,
 Vosq; valete rosa, nec thura, nec aurea quaret
 Diva rosas, cui tantus odor spirabit Amantis;
 Cœli Hymen, ades ò Hymen, Cœli ò Hymenae;
 O quales Cœlo sed Sponsa exspirat odores?
 Flamma cui lacrymis stillata cortice myrrha
 Labra madent, nardoq; comas respersit, Amantis
 Rete quibus suspendat, Amor; cui geminea dorso
 Pædet odora clamys? Quid Arabs, quæve Indus amo
 Quid thura, & iactes alios Parachia flores? (ma,
 Nupta recens Sponso Dea spirat olentior auram.
 Cœli Hymen, ades ò Hymen, Cœli ò Hymenae;
 Hic cerne, en niveo Desponsa brachia collo
 Inijcit, & supero caram complexibus Orbe
 Ambit Amans Sponsiq; adeo que languet Amore,
 Insidias molita oculis Virgo aurea Amantis,
 Illigat implicitis per nutu colla lacertis,
 Alternos iterantq; animi præ pignore nexus;
 Cœli Hymen, ades ò Hymen, Cœli ò Hymenae;
 Im bene compositis delibant oscula labris
 Hinc Deus, hinc Dea, concentuq; sonantibus astris
 Luditur effuso Cœli sub limina risu;
 Dicere nec liceat, quis tanta potentior alma
 Prælia pacis agat, quis sua via vincat amandos;
 Inferior neuter, nullus certamine maior;
 Cœli Hymen, ades ò Hymen, Cœli ò Hymenae
 I. cedit nova Nupta suo Gratissima Amantis,
 Ora verrecundi circum face fusa leporis,
 Sydereo fruitura toro, thalamiq; triumphos
 Felix obtentura Dei, Cœliq; Penates;
 Et latus ad dextrum pergit pulcherrimus, ore
 Exspirat Sponsusq; faces, nutrimina Amoris:
 Cœli

*Coeli Hymen, ades ò Hymen, Coeli o Hymenae ;
 Sed Caelum Dea supra est ; iam se condidit astris
 Virgo meis ablata oculis , & rursus Olympi
 Numina praclusere fores ; qua p. alia Amoris ,
 Hic qua delitia fiant , quas mutuo Amantes
 Blanditiasq; parent , fari Musa haeret ; Olores
 Tu , qui inter Supero luctaris carmina Regi , .
 Coeli Hymen disces, Coeli Hymen, ò Hymenae .*

I N A S S U M P T I O N E M
 B. Virginis .



Pramina Virginea cantu perstringere Matris ,
 Et quibus è nostro suscepta sit Orbe triumphis ,
 Aethereos exortit Polos , super aetrea Cali
 Limina sublimes folio super ordine Divos ,
 Et Divos, cant ire vocat ; quosq; Aethere cantus
 Invenit , Musa refer lato cantu , & sua rursus
 Allice Coelestes cantata ad carmina Mentis ;
 Huc ades, Aonijs non hac solamen ab undis
 Provida,

Provida, operivè petit; tu labra aspergito rore,
 Rore levi Dea sparge sinum, solamen Amoris
 Sic fuerit, Nupta recinit dum carmen Amores;
 Qua pia Gens tumulto iustis de more solutis
 Considerat lachrymata necè, sacra pignora Divæ,
 Et super oppositi praeluserat obijce saxi;
 Pulchrior extulerat Cœli ad convexa iubente
 Rege ferenda Deo Virgo rediuvna sepulchro;
 Olli quiq; recens roseo radiauerat ore,
 Inq; genis ridebat Amor, qua gratia vultu,
 Et color; & decor arridenti in imagine, flammis
 Aptæ vel aternis superos incendere Divos,
 Et concire altos in pectore Numinis ignes,
 Stellata melior lucebat margine frontis;
 Sydereum sed enim fulgentia lumina Cœli
 Ementita decus, roseas ita luce nitentes
 Visa referre faces, Veneris quibus invidet astrum,
 Et cogit rutibum quod Phosphoris aureus agmen,
 Claraq; Tyndarida, Cœlestia signa, Gemelli;
 Qualis & occidua Titan novus exerit unda
 Rotas ubi mane comas, caput ignibus aureum,
 Purpureo roseosq; sinu diffundit honores,
 Enitidis pingitq; Iovis laquearia gemmis;
 Talis ab aurata scintillat imagine splendor,
 Obtutu firmo nequeant quem lumina ferre,
 Mortalesvè pati vultus; ita Virginis ore
 Haeserat omnis honor, Divini fomes amoris;
 Iamq; Triumphalis subiens exordia pompa
 Aligerum stipata Choris, Diuumq; Corona,
 Accitos operi supera quos egerat Arce
 Rex Deus, emerita Divam deducere pompa,
 Cœlorum latata novo Virgo aurca dono
 Cœperat ire viam, Aethereas & vicerat Oras;
 Desuper emoto gemmati cardine pectus

Tum

Tum patuere Poli, Regni conuexa dehiscunt,
 Euulsis foribusq; inbiant uidisse triumphum;
 Et pompa, si forte datur, coniungere pompam;
 Accurrunt hinc, inde faces, atque agmine facto
 Stellarum superi collucent ignibus Orbes,
 Et geminant roseas accenso uertice flammis;
 Virgo immota sibi fieri hos miratur honores;
 Ut tumuere alias nullis cui pectora donis,
 Ante omnes demissa Nurus sed Numina Terris
 Quod paritura foret, certa licet Aletis oro
 Hauserat Aetherei, Ancillam se nomine dixit;
 Hinc tardat stupefacta gradum, sed visa repente est
 Insuetum sentire melos, concentibus auram
 Diuumq; oppleri, alternis Hymenaeae canentum;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere sponso;
 Sat Pignus sine Matre fuit, sine Pignore Mater,
 Ex quo deuicto referens Acheronte triumphos
 Aera partitus medium, super Aetheris ignes.
 Alituum comitante Choro, plaudentibus auris.
 Coelestes Genitus remeauit Victor ad Arces;
 Olli iam liceat thalamo vincire Parentem,
 Dignaq; desponsa largiri nouerna Matri;
 Id sibi suadet Amor, te dignaq; Virgine Virtus,
 Tu, quod suadet Amor, fac, dignaq; Virgine Virtus;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere sponso;
 Sydereas inter qualis Latoniae flammis;
 Dum Titan irrorat equos, & gurgite mersas
 Oceani resouet, crines atque occulit unda,
 Cornibus assurgens geminis, gemmantior ore,
 Alma serenato facibus dominatur Olympo;
 Sic aequè mille inter Virgo surge aurea Cives,
 Equè tuo diffunde siccis, quos ambit honores
 Aspexisse Polus, proprioq; auxisse decore;
 Te manet hoc Sponsa Coelo Virgo aurea micans,
 Tu,

Tu quod Diva manet, Caelo fac aurea munus;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere sponso;
 Olim qua Supera derepta è sedibus Arcis
 Enitens sine labe Deum, ditata pudore
 Dulcia Virgo Parens peperisti gaudia Terris,
 Hac Dea redde Polo, dignissima Numine sponso;
 Hac te dia manent desponsa munera Caelum;
 Tu, qua Dia manent, Virgo fer munera Caelo;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere sponso:
 Ecce Parens quas prima sibi praclusit Olympi
 Eva fores, vetita cum legit ab arte poma,
 Protinus euulso referantur cardine Diva;
 Ut qua aliàs sociata Deo, pia pondera ternis
 Ter Dea Virgineo gestasti mensibus alveo,
 Huic eademq; toro, atque una copulere triumphis;
 Hac te Diva decent virtutis premia, tu, qua
 Te Dea Virgo decent, virtutis premia sume;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso:
 Sollicitant hac dicta pedes, gressuq; citato
 Caelorum mirata magis penetralia versus
 Hinc pergat Virgo; haud tamen alto sistitur Axe
 Inceptus vario vocum modulamine cantus,
 Quin magis arguto Diviq;, & gustare Diva
 Conventus geminant, & vocibus ora resoluunt,
 Et suadent glomerare gradus Hymenaea canentes;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso:
 Effera compescunt immites flamina Cauri,
 Vis ponitq; Euri, Zephyriq; beatius auram
 Aura demulcent facili; non Aethere nymbus
 Ingruit, at puri splendent sydere Soles;
 Cessat Hyems, nostrisq; tepor dominatur in Oris,
 Pingitur hinc violis, pomis felicior hortus,
 Iunctaq; cana rosis conspirant lilia odores;
 Ver aptum Sponsas, te Sponsam inuitat Amori;
Iungere

*Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso :
 Aspice, quam Sponso placeas, quam surgis Amantē
 Cara; tibi ecce genas, faciem miniauit ex ostro;
 Et super aspersit canis argentea pennis:*

*Lilia mixta, Dea varium factura nitorem;
 Præbuit atque oculum, qualis solet esse Columba,
 Cum gelidos sitibunda sedet prope lactea riuos,
 Et sensim tenero dulcem bibit ore liquorem;
 Ille auro pinxitque comam, quam mollior aura
 Crispat, & Assyrio vestivit murice labra;
 Ille amat, exardet, clamat, surge, en age surge,
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso:*

*Aspice, quam Sponso placeas, quam surgis Amantē
 Cara; tibi ecce auro Clamydem Dea neuit Amoris
 Artis opus mira, gemmisque micantibus aurum
 Discreuit; sic ardet suauē rubenti Hyacintho,
 Ordine sic vario vestem Sapphirus ob ambit;
 Ille manus ditare parat, digitisque pyropos
 Inserere accensos facibus; parat aurea collo*

*Mansura sternum niueis redimicula baccis;
 Ille ardet, vocitatque Deam, surge, en age surge;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso:*

*Aspice, quam Sponso placeas, quam surgis Amantē
 Cara; tibi en fecit, quo non formosior alter,
 In Cælo thalamum; redolent fragrantia cedra
 Tigna, laborato qua fulgent eminentes auro
 Construit ecce torum, Tyrio qui sectus amictu
 Et super Assyrio, nardique aspersus odore
 Vere nquo Sponsam Cœlesti inuitat Amori;*

*Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso:
 Aspice, quam Sponso placeas, quam surgis Amantē
 Cara; tibi ecce facit Virgo, qua tempora cingant,
 Auri que explicitos frangent diademata crines;
 Non gemmis, non illa auro discreta, sed affris;*

Vt Genitrix, & Sponsa Dei, Reginaque Sponsi
 Associere toro, atque unâ sociere triumphis;
 Hac tibi suæ operum statuit fræ præmia Natus,
 Seu magè munifica partitur munera dextra,
 Non leue, depereat quo te, Dea pignus Amoris;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso:
 Annè vides? languet te propter vulnere Sponsus;
 Annè vides? suspirat Amans ferientis ab ictu;
 Sapius annè vides? geminat te nomine Sponsam,
 Quò magis & Sponsam repetit, quæ personat Echo
 Hoc magis aduersum repetendam duplicet Echo?
 Palmam quid tanto cessas concedere Amori?
 Huc agè Diua tuos celera per sydera gressus;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso:
 His ergo comitata sonis, deuenit Olympo;
 Vix tamen, & solio surrexit Natus ab alto,
 Inquè Deam figens oculos, ubi spicula Amoris
 Multa latent, ferientq; ictu præcordia Amantis,
 Obuius incessit superum comitante Senatu,
 Nondumquè amplexus Diuam, sic ore profatur;
 Iungere Nupta Deo, Nubenti iungere Sponso:
 Proximior niueo factus sed Virginis ori,
 Virgineos nexu vario circumplicat artus,
 Basiaque assigit roseis, proh dulcia, labris;
 Nec satis est iterasse semel, sed tertia iungit,
 Mutua fixa sibi contra toti demquè recipit,
 Interea Superum Coeli spectante theatro,
 Aligeroque Choro festis ludente choreas;
 Mox Diuam inducit thalamo, Deus hic, ubi nulla
 Omnipotens Phœbo radis, & cornua Luna,
 Quæ noctu splendet, flammis & diuidit ignes,
 Atque ibi deiciens oculos Virgo aurea leni
 Picta rubore genas, qualis depingitur Aëther,
 Cynibus Hesperias quaties deflectit ad rotas;

Et nigram reuocant nocturna crepuscula noctem,
 Dum pergit soluisse Deo pro munere grates,
 Clamatquè indignam tantis se Virgo triumphis,
 (Regia tota filet) Triadis sacra Numina Sancta,
 Velle quibus, nolle est; unum, quibus unica virtus,
 Vnum cor, animusquè idem; Deus unicus Orbi,
 Aurea, & insertis circum splendentia gemmis
 Ornato cecidisse sinunt diademata crini,
 Inuitamquè Deam lucenti torque coronant;
 Indicunt lepidos fieriquè hinc Aethere cantus,
 Misceri fidibusquè tubas, atque organa cannis
 Pulsata harmonicas sonuisse argentea voces,
 Et toto celebres iterari vertice plausus;
 Sed mihi nè tantis exultans fructibus aquor
 Exiguo liceat lembo tentare profundum;
 Vela agè, vela traham, lectisquè rudentibus ora
 Excipient tentem meliori litorea puppem.

I N V I S I T A T I O N E M
 B. Mariæ Virg. Carmen Dictum Vene-
 tijs, in Seminario Patriarchali.



Aude

A V D E anime, ò mi anime, & quales in
 Vallibus Hebron
 Fata Deo, paritura Deū Virgūcula cātus
 Exceptit, secreta terit qua concita gressu
 Ania, inassuetis cadique horrentia syluis,
 Ede rogare libens; non hic tibi carmina Clio,
 Melpomene nec fila dabit, plectra, incipe fari,
 Quis Deus exorso facilis dabit aurea Cælo.
 Aspera Phœnices inter quæ Nazareth Arce
 Per rupes, acclive solum, Jordanis ad amnem
 Callis opacatas vergitque crepidine ripas,
 Ima sedet Vallis, Vallis diffusilis umbra,
 Aptā laboranti sedes, placidaquē quietis
 Propter aquas operum defunctis fronde ministra;
 Arboribus non foeta vñis, pulcherrima Vallis.
 Nomine nec felix uno celeberrima Mambre;
 Virgultis hæc facta nemus, sylvisquē bipennem
 Scindere incexpertis, iactantibus Aethere aperto
 Intonsas & falce comas, bibit arida fontem,
 Egelidosque lacus, Patrio Iordane per arua
 Egressi si foriè fluant, latera ardua circum
 Exesa cingunt ornatu dispere cautes,
 Equē salebroso pendentia pumice saxa;
 Fertur Amorrhæos Mambre ditissimus inter
 Hanc tenuisse Abram, Fidei Pater optimus Abram,
 Seminis æterniquē potens; ubi longius avum
 Exegit, seriem annorum faciente senectā;
 Hic ubi tres Cæli Proceres, Sol igneus Orbe
 Cum staret medio, sauos; accenderet astus,
 Hospitio accepit, ductisq; libentior Aedis
 Tecta sua, lautis fecit convivium mensis;
 Hic ubi discissis Parcarum vulnere pensis
 Vitam, animamq; dedit, tumulo cineresq; locavit;
 Angelicas ergo Gabrielis ut aurica voces

Virgo

Virgo hausit, sacrosq; Deis sub pectore motus
 Sensit, & afflatu Diuini Pneumatis aucta est;
 Alma cito huc pergit gressu, nam sola recusat
 Cura animo, desessam aruit, qua nulla dedisset
 Dona utero, segni foecundam Coelitus auro,
 Pignore pregnantem sexto Latoidis astro,
 Cognatam affari, vocemq; audire loquentis,
 Et noua mirari effecti miracula uentris;
 Sed posuit vix Valle pedem, nemorisq; silentes,
 Conspersas utrinque umbras è Collibus altis
 Vecta Deo accessit, modulatu seq; canoro
 Soluit in harmoniam Coelestum Turba Dearum,
 Exceptura Dei concentus murmure Matrem;
 Has senis Melopœa choris distinxerat, inde,
 Hincq; tribus, positas & certa lege locarat;
 Ordine vidisses primo, quibus organa iussum
 Est agili pulsare manu, preludia cannis
 Ut præstent, & sinistra quibus data cura potente
 Exercere artis digito, secumq; Choraulas
 Aeterna quibus est cumulo caua tibia laudis;
 Ordinis at verò alterius diuinius Agmen,
 Garrula conceptis modulis cui cornua, flexa
 Et placuere tuba, quicquid flatuq; sonori est,
 Siue grauis fingat sonitum, seu vocis acuta,
 Seu duplicis media, conflatum ex aere, vel auro;
 Extrema, que plectra, nouem qua barbita chordis
 Tensa, chelym feriunt dulcemq; fidesq; canoras;
 Quaq; sonos edunt, ictu testudinis auree
 Nervis sub nectendo animam, defixa sibi que
 Corda trahunt, cum corde oculos, mirentur ut arte;
 Sic vero scite positis, Choralistria sede
 Altior, unde Choris Diuarum prima præesset,
 Certis que harmoniam numeris distingueret, ollis
 Ac leges conspecta daret, scitina citatos

Ut sylvis Dea Virgo pedes iniecit, & intro
 Gressa est Mambreæ tranquilla silentia Vallis .
 Erectis spectata oculis indicit ouantem
 Symphoniam, docta numeros dispensat & arte;
 Illicet ò qualis toto sonat Aethere cantus?
 Quale per arua melos concordì murmure vocum
 Dulcè strepit, lepidis mulcetquè canoribus astra?
 Tota simul si Furba canit, quid plenius auri,
 Gravior & quamquam concors discordia plectri?
 Tergemina si plectra cient, quid dulcius ære
 Pulsato? melici quid dignius arte sonoris?
 Si faciunt alterna Dea, celeresquè recursum
 Dexteriore student alienos promere flexus,
 Quid non laude feras? Melopectra Præsidiis artem?
 At centum deceat modulari encornia voces;
 Alternantis opus? stupuit sed cormine sylva,
 Sed Virgo mirata hasit, pedibusquè repressis
 Dum canitur, suspexit iter, mox nube Deabus
 E sylva refugis, pergit transmittere Vallem;
 Quæquè pedes agitat, Tellus hæc floris odores
 Obsequiosa Dea perflat, castamquè rubentem,
 Purpureasquè rosas, Tyrio sparsimquè ministrat
 Lilia mixta croco, violis miscetquè Amaranthos;
 Quicquid Vere paritquè tepor, nutrit alma lepore,
 Quicquid amicta sinum varianti cespite Clorys;
 Parte alia exultant Valles, Collesquè supinos
 Conditra festiua beat viridantibus herbis;
 Conifera Pinusquè comas, & culmina Palma
 Prosterunt vadente Dea, iniectisque corcent
 Frœnis præcipites labentia flumina cursus;
 Ridet non in Valle nihil, nec sibilat Euris,
 Nec Corus bacchatur aquis, nec triste minatur
 Infanus Boreas, Zephyri sed Sole tepente
 Lenia flabra cient, spirat sed mollior aura;

In-

Interea demissa Deo bene dicit honores,
 Coelestesque vocat laudatum prouida Cives
 Diua, gradumque facit tacitis à murmure syluis;
 Vix tamen ad quercus memoris sic robora ventum,
 Quercus, Aetherei claro quam nomine Cives
 Ornauerit, trium numero quos impare vidit
 Canus Alram, media cum fortè affideret umbra,
 Vnum, quae in triplici praesensit Numine Numen;
 Huc inquam ventum, erectos viditque canentum
 E regione Chores; Tubs namque incolà Coeli
 Occursum Pennata melo processerat, altis
 Praeque astris tulerat adiecte compita Vallis;
 Quae gressu propiore Dea, simul organa, dulce
 Intentas ferit atque fides, immiscet & cæto.
 Blandarum doctis fidibus discrimina vocum.
 Hæ primum cecinere omnes, unaque decentes
 In longum traxere melos; tum cuique seorsim
 Indicto Alituum cantu, prior ordine coepit;
 Huc ades ò Diuina Favens, Dilecta Puella,
 Quae sola è Patrio Regem pulcherrima Regno
 Derectum per vota Deum complecteris aluo,
 Et paruis arces uteri confinis, Ora
 Quam neque Terrestris, Coeli nec grandior ambit;
 Huc ades ò Diuine Puer, mox alter, ouanti
 Imperio Rex Alme Potens, qui cæcus amore
 Sponte tua arcano delapsus ab Aethere tractu,
 Farus Virginea Puer ab, constringeris aluo,
 Terrarum toto constringi nescius Orbe;
 Tertius huc ades adiecit, Diuina Puella,
 Femineas qua prima Nurus felicior inter,
 Digna reperta Hominum sola es succurrere votis,
 Et mortale Deo sedata pectoris ira
 Conciliare Genus, rursumque attollere Cælos
 Hæc ades, alter ait, Cæli Diuine Puella,

Inclita

*Inclyta progenies, Magni Patris incrementum,
 Sydereâ Diuinus Amor cui fecit ab Aula
 Crudète exilium, memores Genitoris iniqua
 Ob scelera accendi faciles compestat ut iras;
 Huc ades, ut quintus repetit, Diuina Puella,
 Flos Matrum, Decus Innuptarum; vellere mollè
 Qua pluuia in mœrem suscepta prole bearis,
 Et sine ui, niuei Virgo sine labe pudoris
 Arcano flamen Verbo spirante tumescis;
 Tum sextus, Puer hùc ades, huc Dilectè Puellè,
 Cœlicola Germen Patris, flos aureus Orbi,
 Mortali sine rore virens, qui lenius imbre
 Secreto rorante astris gemmantior ardes
 Sive rosa, ridente albescis siue ligustro;
 Huc ades, alter, ades Virgo huc Diuina Puella,
 Pacta recens qua Cœlum es, qua diuiniôr Arca,
 Quæ Vellus, qua Virga, Ribus, Thaumantias, Iris,
 Gemma, Oculus, Splendor, Speculum, Latonia, Sydus;
 At sydus, quo tecta latet Magni Orbita Solis;
 Vox fuit extremi, huc ades ô Diuine Puellè,
 Venaboni qui certa es, qui sincera Voluptas,
 Quis Messis decorum, Patrum qui Vota, Salutis
 Vindex, Diuus Amor, fulgès lux Aethere, Phœbus,
 At tectus qui spontè lates sub sydere Phœbus;
 Fatus erat, siluitq; Aether clamoribus ultra
 Nec souere Hebron Valles; mirataq; laudes,
 Mente suaq; premens melior Choralistria, Regi
 Diuinoq; nouos cantus modulata Viatrix,
 Accelerat Sacra Nympha pedes, & Vallibus exit,
 Exhibit gracilis secumq; è carmine Musa.*



IN DIE FESTO DEDICATIONIS

S. Michaelis Archangeli Carmen

Dictum Romæ.

Factum est prælium magnum in Cælo. Apo. 12.



IAM silet alta diu felici Regia Divum
 Aera, compositis Paxq; aurea regnat in Oris,
 Et rixas quisquis veteres oblitus, & arma
 Regit perpetua Cælo requiete beatus;
 Me tamen, Aligeri dum thure coluntur, & aris,
 Hic iuvat Aetherea cantare exordia pugna,
 Qui prior arma tulit, belli qua causa, quis hostis,
 Qua tela; ut victus Supero turbatur ab Axe,
 Et ruit Infernis aeterna incendia flammis;
 Dux agè tu Michael presenti pectora thyrso
 Concute; non alius mihi Vates, tu mihi Apollo,
 Musarum tu lecta Cohors, tu carminis Author.
 Condide: at Summus Genitor de semine nullo,
 Quas dixere Deosimiles sine corpore Mentis,
 Aeternum quibus astra daret, Cælumq; potiri,
Seq;

Scq; magis propiore frui, sibi Numini adesse
 Participesq; animi factas coelestis, abunde
 Arcanos penetrare sinus, secretaq; nosse,
 Mortalis qua lingua hominum sit nescia fari;
 Diuitia ijs nulla deerant, nec munera Coeli,
 Obsta qua tulerant diuinis pectora donis;
 Corporea sed enim non illas mole grauarat,
 Pondere siue aliquo Deus, ast effinxerat alas
 Præperibus varias quauis ad munera pennis,
 Atque leues Euris rapidis velocius alas
 Desecuisse auras, celso simul & liquisse Penates,
 Et Terris posuisse simul per nubila gressus;
 Gratia si qua nitet flammato & Solis in ore,
 Purpureos facie si quos arguat honores,
 Rorisfluas ubi mane tomas, caput ignibus aureum
 Exerit, & late toto iacit Aethere flammæ;
 Si quis honor Lunaq; genis, quas lilia vernis
 Inficiunt distincta rosis, cum lampada celso,
 Dum Titan irrorat equos, attollit Olympo;
 Si quid habet rosei Thaumantias ore decoris,
 Fragrantes gelido cum flores irrigat imbre;
 Aereosq; colorat agros, hic instans ore
 Totus tum fuit Aligerum, omnis imaginè risit
 Gratia, risit honorq; alius; splendebat ocellis
 Quisque suis, geminos imitanti luce pyropo;
 Hac leuiora tamen, melioribus ut potè, possint
 Munera numeribus, dona hac concedere donis;
 Quippe animas etiam variato sydere pictas,
 Respersasq; adè splendentibus undique gemmis
 Aligerum dedit ille Choris; hic luce nitentes
 Effinxisse decus niueum baccas, hyacinthis
 Candentes videasq; onyces effulgere mixtos,
 Ac virides inter lucere adamantina smaragdos;
 Gemmarum est, verbo, quicquid splendētior unda

52 Heroicorum Carminum

Siue agit Hesperio fluctu, seu versat Eoo;
 Et quicquid rubens vetans Pactalus arenis
 In mare proripitur, pelago ditissimis amnis;
 Hac rerum sensum causas, primordia nosse,
 Hac sibi diuino compleri Pneumate pettus,
 Illabiq; saurum cordis per viscera amorem,
 Obseruent quem nuda fides, spesq; inscia fletus.
 Vnanimis voto mira pietate sorores;
 Hac paucis, meliora bona, Omnipotentis Imago,
 Disparibusq; paruum depingi posse figuris.
 Omnibus hac equidem communia munera Diuis,
 Partibus haud tamen aqua suis; nam cōtulit vni
 Vt maiora, alijs Deus hac sic dona minora;
 Prorsus ut astra inter, fulgent qua rosida Caelo,
 Irrorant nocturq; Polum, vix iumine possis
 Aequales spectare faces; aliud fulgentius astrum
 Est, aliudq; minus, nocturnas atque resoluit
 Vnum alio flammis longè melioribus umbras,
 Vt magis, utq; minus rutilo propioribus Orbi
 Prodigus officio partitur Cynthia ignem,
 Sic Diuum est alio donis locupletior alter;
 Vix tamen hac aliqui gustarunt nectara, pettus
 Et grauidum sensere datis à Numine donis,
 Cum cepit subito vesana superbia mentem,
 Atque agitant maiora animo, noua pectore versant
 Consilia, illicitosq; sibi meditantur honores;
 Lucifer ast alios facie pulcherrimus inter,
 Qui velut Aethereo est Caelo splendentior ignis
 Hesperus, ac gemmas emittit luce pyropus,
 In violis meliorq; coma crinitur odora
 Vere rosa; obtento vincebat munere Diuos,
 Coelestemq; alijs Genitori carior auram
 Senserat, Aligeros mille inter plenior vnus;
 Is prior exacuit tanta ad conamina mentem,
Accersit

Accersit socios, dictisque affatur iniquis ;
 Ingens iam demum, subitus qui pullulat ardor,
 Prodeat, impetrentque suum molimina finem ;
 Ecce iuuat super alta meos immittere Caeli
 Astra pedes, Regis soliumque tenere Tomantis ,
 In gelsi dosque suum Regnum transferre Triones ;
 Huc agè fida Cohors, mecum iuuat ire per altum,
 Ac solium tenuisse Patris ; vos illicò Regni
 In partem acceptos merito dignabor honore,
 Et soli superis omnia dominabimur Aulis ;
 Mittite corde motum, Duce me Victoria certa ostē,
 Fertia qua nobis armatis arma resistant ?
 Hac nūc, arma capi max præua ad mania iussit ;
 Audijt hac solio Genitor sublimis ab alto ,
 Alituum doluitque animos, doluitque ruinam
 Funeris emeritam , simul atque exastuat ira ;
 Qualis & accenso Princeps corceptus ab æstu
 Concipit iratum subter præcordia virus,
 Ultrices parat atque manus, crudelior armis ,
 Si cui præ reliquis fuerat partitus honores .
 Commoda, opesque suas, illis hic audeat armis
 Bella inferre, succ & contrà armare lacertos ;
 Sic Deus infando statuit de crimine pœnas
 Poscere, tanti animi Michaelis vindice dextra ;
 Hunc ergò accersit, fatus sic ; ora resoluit ;
 Fide Vigil, spes Militia lectissima nostra,
 Quem noster pertingit Amor, cui pectus aduertit .
 Visceram nullius candent cui conscia labis,
 Inspirat sacros ; fides peramabilis ignes,
 Cernit, ut exardent armis ciuilibus astra ,
 Empyreamq; fueror contendat ut imp'obus arcem
 Scandere, & in gelsidos Regnum traxisse Triones .
 Atque operi iam ferræ pareat, (dementia) nostra
 Ingratusq; bonis collegerit improbus agmen .

C 3 Lucifer.

Lucifer, illicitasq; vias affectet Olympi?
 Illius ausa ferox Michael tua dextra retundat,
 Et pendat meritas vesana superbia poenas;
 Te Duce bellandum est, Duce te Victoria fiet,
 I velox, nostras tecumquē abduce Phalanges,
 Audijs hic iusso, litui sonituq; tubaque
 Agmen ad arma vocat, primus Michaelq; nitentē
 Exiit arte togam resperso muricis ostro,
 Induit & niveum luce effulgentia pectus
 Arma, leuesq; humeros; pexas & casside stringit
 Auricolore comas, clypeum ponitq; sinistra,
 Ense grauat dextram, totus sicq; ardet in armis;
 Nec tardant socia Cœlestum iussa Phalanges;
 Quisque comis galeam solers fulgentibus aptat,
 Quisq; micante humeros cōmunit, & agide pectus,
 Et laeva clypeos, & dextra corripit hastam,
 Hic quadratq; acies, hic sed regit ordine, picta
 Vexilla è medijs & surgunt agminis alis,
 Iamq; aderant utraque acies, cum multus utrinq;
 Auditur strepitus; sonat Aether totus ab armis,
 Inq; ipso maior diro certamine crescit;
 Ceu quando indomitos immani corpore Tauros
 Inuadunt Nemea rigidi de rupe Leones,
 Miscentq; alterno crudelia vulnera Marte,
 Dentibus hinc validis, elatis cornibus inde,
 Mugitu nemora alta implent, rugitibus Orbem,
 Inq; vices Echo resonans assibilat antro;
 Sic tantus sonuit, fort es cum pralia Gent es
 Incepere, auctus dum certant, clamor Olympo;
 Pugnatum fueratq; diu, bellantibus inde
 Acriter hincq; alis, Michael cum feruidus ira
 Ferrea lethali contorquet spicula dextra,
 Torq; Luciferum clamans iaculatur in hostem;
 Sauciussille cadit, nec iam potis inde lacerto

Euibrate

Euiurare hastam; Supero detruditur Axo,
 In praeceps acies sua secum isitq; ruina;
 Intonat ad lapsum subito Coelum omne fragore,
 Et Regis conuexa tremunt, atque arduus Axis,
 Syderei motaq; Poli compage laborant;
 Protinus ingenti facto Telluris hiatus
 Inferna, horrentesq; Herebi patuere cauerna,
 Tetra loca, aeternis nunquam non caeca tenebris,
 Praecipites Coelique actas è vertice Turmas
 Absorbent grauiore sinu, rursumq; reclusa
 Obijce praestructur firma Telluris hiatus,
 Ne fas inde iterum fiat descedere cursum
 Retro suum, medios ardentes inter & ignes,
 Edoctaq; adeò supero dissidere Coelo,
 Ardua perpetuis pendant conamina poenis:
 At victore ferens Dux Victor ab Hoste, Barathra
 Diecta, manu felicibus aurea signis
 Sydera pergit ouans, stipantibus undique Turmis,
 Et superi conuexa tenet laquearia Coeli;
 Orbes Victorem spectant, miratur Olympus,
 Spectat uterque Polus, Reduciq; acclamat eunti;
 Vittrices dant signa tuba, lituiq; sonantes,
 Non fera bella canunt iam tympana, palmas
 Sed mira factis resonant astantibus arte,
 Dulcè re percusso Coelumq; canore resultat;
 Immiscent Peana Iouis latumq; canentes,
 Atque Duci Comites vittricia carmina ludunt;
 Incedunt hylaresq; adeò plaudentibus astris;
 Excipitur tandem felix exercitus Aula
 Numinis, aurato residens ubi margine Summi
 Tergeminam solij, toto Venerabile Coelo
 Attollit capus, ac roseis diuinitus altè
 Irradians oculis sanctos inspirat amores,
 Innexis Genitorq; Duci per colla lacertis.

*Ambrosii dilecta genis mille oscula figit,
 Oscula mille, rosas inter fragrantia mille,
 Milleq; odoratis mananti: balsama virgis;
 Exusto galeaq; comas, diademate stringit,
 Artusquè ardenti resperso sydere palla,
 Interea dum clamat Io Coelum omne, triumphos
 Prò meritis alias mox digno munere palma
 Ornatusq; acies, Regni in partemq; recepit
 Aethere delectos ad iussa sequenda Ministros;
 Vicisti Michael, tua fers & pramia Victor;
 Vicisti delecta Manus, fers pramia Victrix,
 Et mihi sic liceat victricia tollere signa,
 Ut mea me decoret vobiscum laurea victrix;
 Et sociis liceat victricia tollere signa,
 Ut sua se decoret vobiscum laurea victrix.*

IN DIE NATIVITATIS

S. Ioannis Baptiste Camera Venetijs
 habitum in Seminario Patriarchali.



V Ambrosas quæ forte oras Heliconis amœni
 Lesbiodū Gēs alma colis, vel gramme toto
 Aonios

Aonios lustras tolles, ac deside pleebro
 Otia festino degis blandissima lusu;
 Semotas iam sume fides, tentasq; revulce
 Ad numerum dulces chordas, iustudinis altos
 Da versus interq; sonos; non otia suadet,
 Aspice, neq; ludos lux sacra, sed aurea vestans
 Tempora, fugaces alterno in carmine ritus.
 Dicite legitima nova carmina, dicite Musa.
 Materies non ampla dicit, non pluvina vestro
 Digna seges cantu, satis & factura Camena
 Argumenta sacra, novus ecce renascitur Orbis,
 Mutatum Caelumq; est; vos nec fallimur; Axis
 Aureus elucet totus, quem carmine quondam
 Fatidico cecinere Patres, quos Aethere ab alto
 Imbuat aeternis hominum Sator, atque Deorum
 Consilijs, Diva q; dedit penetrabilia mentis,
 Arcanos lustrare sinus; cum scilicet atra
 Fulgura nec Caelo caderent, nec turbidus imber
 Saevitia, nymbusq; horrens, grav. detq; malorum.
 Excidium nostri generis, sed dulce tonaret
 Officio laevum, sese divina q; Terris
 Largius ir. sinuans pietas, mortalibus omne
 Sponderet cum pace bonum, flueratq; beatus
 Ex auro, sanctusq; imber plenior; rigaret
 Arantes campos, semivivac; pascua riuo;
 Exilia revocata fides, virtusq; pudorq;
 Cum nostras Caelo profugus Telluris ad oras
 Flexisset properos gressus, secumq; quictis
 Otia, pacate veheret solatia mentis;
 Cum voto quod erat, clausos olim Aetheris Orbes
 Fornice praeupto pandi, certamq; paraxi
 Clara per siva viam, rursusq; percumbus o. is
 Inferri, & pera q; domos, ignisq; potiri
 Ex pyreos, se. Etum feret; o felicitas omni

98 Heroicorum Carminum

Seu voto votum, dono seu dicere donum;
 Cesserunt sic nempe, avidis velut omnia Vates
 Spondebant nobis; iam fulgura, nimbibus & ater.
 Solvantur densiq; imbres, laetumq; tonare
 Audio, sydereos postes Cæloq; moveri,
 Roresq; æternos, Ioannisq; otia curis,
 Gaudia proferri lapsis assertaq; sacris.
 Dicite lætitia nova carmina, dicite Musa.
 Aureus en nostro fulgescit Phosphorus Orbe,
 Elucens meliore coma, roseisq; quadrigis
 Accensas præfertq; faces, ignesq; reducit
 Aethereos, alto vibratq; ex Aethere flammam;
 Stella recens, radijs fax prævia matutinis,
 Nuncia Phœbæq; facis, qua luce tenebras;
 Excutit, ac nigram noctem, qua siue laborant
 Tempora, seu tetræ fuscantur nubila nube,
 Prævia fax, certo spondet qua sydere solem
 Aeternum, latosq; dies, nimbosq; resoluens
 Terrificos, pellitq; metum, firmatq; labantes
 Auxilio Cæli mentes, fractosq; pauore
 Urgentes addit stimulos, atque aggerat ignes;
 Ignis sperata lucis, venientis ab Orbe
 Sydereo vita; quondam qua lapsa ruinas
 Iniecit Mundo, vertitq; à culmine Terras;
 Nunc verò demissa, novus despondet ut Infans,
 Cum vita propiorquè salus, solamine complet
 Pectora, lætitiis totumquè recentibus Orbem;
 Dicite lætitia nova carmina, dicite Musa.
 Pingitur Eo croceis Iunonia Cælo
 Penitis, quæ Titan Iados face percussit Iris;
 Iris fronte decens, flexo curvatq; cornu,
 Picta sinum, faciem latoquè aspersa colore;
 Nuncia non imbris, pluviæ nec nuncia, nimbos
 Sine f. reus; gelido quales ubi cornua Berthe
Attollit

Attollit, pluuioq; Iris describitur arcu;
 Nubila sed solus, sudum sed Sole parari
 Aeterno, lucemq; docet, clementia toto
 Astraq; s; dereo circum fulgescere Olympo;
 Diuinam, o Ioannem, Irim, tutissima Mundo
 Tempora qui praesert, sedatamq; Aetheris iram;
 Compositum qui mane notas, iubar atque diei
 Auricomum, solesq; bonos, lucisq; beata
 Delicias, meliore astro Caelumq; serenum;
 Qui pulsos abisse doces, seu flamine nymbos
 Sudifico, seu Sole nouo diuinitus orto,
 Sacula quo dulces Charites felicia nebunt,
 Alternos facient lususq; in carmine, motis
 Ad numerum ducunt pedibus mollesq; choreas.
 Dicite letitiae noua carmina, dicite Muse.
 Angelus aeternos profert Paranympbus honores,
 Cernite, nunc lapsus Caelo, clamydemq; decoris
 Expectant pingit gemmas, splendentemq; concha;
 Angelus aethereos inter Proceresq;, Deosq;
 Atigeros splendore prior, Regisq; Tonantis
 Nuncius, & summi Iuuenum pulcherrimus Orbis;
 Ille, Ille, aeterni sensus, arcanaq; mentis
 Quo Dixit pateant, clarescat amorq;, piuumq;
 Car hominis, bonitas sanctiq; immensa Parentis;
 Ille, ille, excelso scelerum qui dedecus ore
 Arguet, & vitii tenebras noctemq; profundam
 Flamma recens, Solis praeuincia stella fugabit,
 Qui mortem procul ire sonet, vitamq; p' opinquo.
 Esse gradus, cum sancta Dei mandata Minister
 Iessea Diueq; feret, Virgoq; Tonantem
 Semine non ullo pariet, nulliq; hymeneis;
 Aduentum qui Regis, iter cantabit, & ortum,
 Nativem Christi, diem; sponsalia & inter
 Aurca, Caestri plectro modulabitur hymnos.

80 Heroicorum Carminum

Certa secutus portabitq; otia seculo.
 Dicite letitiae noua carmina, dicite Muse.
 Nascitur altiloquos inter, noua gloria, Vates
 Abiade de stirpe Puer, Tuba primaq; Christi,
 Aemulus Elie Vates, Praecursor Olympi
 Rex, matres facus sterili, pius atque Sacerdos,
 Sanctorum soboles Ioannes sera Parentum;
 Hic sterilem fecundat anam, sine fruge solumq;
 Triste hylarat, ventruq; beat torpentia luctu
 A: uis, recens ortus miseram fulcitq; senectam;
 Precius hic Coeli Domino, Terreq; potenti,
 Trans uterum vidit Matris, nouitq; Puellam
 Virgineam, gratam Superis, lectamq; Tonanti
 Augustam Matrem; nouis de ventre iacentem
 Casto ventre Deum, exultans aluiq; per Orbem
 Augustum Heliabet, flexo quem poplite ad aram
 Nox poterat, lapsu coluit, pia munera ferre
 Tum Christo visus, lucam, vitamq; precari;
 Felicem o amantem, tanta qua conscia mentis,
 Clausa utero, summa alta Orbi miracula pandis;
 Qua leges nullus, qua nulla silentia nescis,
 Sed ludo faris, fandoq; silentia vicopsis;
 \ Dicite laetitia noua carmina, dicite Muse.
 En sonat arboreo qua Vox clarissima Coelo?
 Vox Verbi diuinae Dei, clamantis, amantis,
 Infantis linguaq; sonus, qui ex Arbore Ragom
 Tempore demissum pleno, cantatq; beatos
 Illuxisse dies, soles melioris & sui;
 Non qua Vox cunq;, articulis distincta sed equis,
 Sed suavis, facunda, Agno, que iunxerit, E G C E;
 Vox noua, Vox Coeli, rut ilans eademque Lucerna
 Qua radio, luci; preit, pestesq; Polorum
 Prima aperit, uetatq; diem, soluitq; cadentes
 Umbras, consolans auris felicibus egros.

Dicite

Dicite letitię noua carmina , dicite Muse .
 Sed satis o Phębo carissima Turba , Cohorsq;
 Symphonia , cytharęq; potens ; satis hæcenus orto
 Carmina lusistis Vati , lusistis & hymnos ;
 Iam cianas tenero dum spargitis inde ligustro ,
 Hinc molli uiola , Syriq; ornatis amomo ,
 Dum fertur neitishq; nouum fragrantibus hortis .
 Cespite seu roseo , calathis seu lilia plenis ,
 Ridentes seu fortè crocos , calthasq; virentes
 Intente officio legitis , dulcesq; corollas
 Aptatis tanto puero , suspendite cantum .
 Tactumq; ulterius resonet nè pollice plectrum .
 Sistite letitię noua carmina , sistite Muse .

D E B E A T O I O A N N E
 Apostolo , & Euangelista Panegyricum
 Carmen dictum Venetijs .



QV AE leuis hæc altum Coelo spatiosa ferens
 Regia tendit Axis? nubesc; aduicta rotam
 Alarum pernice ferit ; pennaq; resseto
 Ac: hęc . . .

62 Heroicorum Carminum.

Aethere, sublimi non illa quiescit in Aethra?
 Vtterius quin acta volat per nubila gyro
 Vergere flammatum rosei Titanis ad Orbem.
 Et fixis accensa oculis depascier ora?
 Annè Avium Regina, Iovis ferus Armiger? annè
 Ardea, quæ pluvias alis præternolat auras?
 Sentio, non Aquila hæc Ales, non Ardea, quovis
 Alite sed melior; Coelum tu remige penna
 Scandis. Diue Deo dilectæ, amor unice Patris
 Diuorumquæ, hominumquæ; auristæ grande resectis
 Pergis Ioannes iter, & trans aurea vectus
 Sydera, Cœlestem depasceris Enclyte Solem;
 Felicem ò Volucrum, tanti cui meta volatus
 Non Aether, non Aethra fuit, non ardua Phœbe,
 Non Hyperionius splendor, non astra; nec Axis
 Alter, sed Diuum superi penetratia Regis;
 Sed mens ipsa Dei: tibi quæ iam sortior ala
 Omniuaga decertet Ausis, sublimèquæ; ferri,
 Aethereos pernix, uè a deo percurrere tractus?
 Sed quid auem volus? natæ uix Aethere Gentes,
 Spirituum Cœlestium Acies, niuequæ; Phalanges,
 Tale volant, ferius: quæ g lobos stellantis Olympi
 Aeterni (si forte Patris mandata facessant;
 Aspice, libratos hic ut per inania sensus.
 Tollit humo, peragransquæ altæ consinia Sphæræ.
 Liberior celsa fruitur regione Tonantis?
 In, ille ingenti designat ut aurea gyro
 Tempia, Domosquæ altas alata remigemente?
 Huc, illuc volitatquæ uagus, cupidissimus alma
 Luce frui, propiusquæ Deo succedere Soli?
 Quæm felix, faustusquæ Ales, sublime potentis
 Qui Triadis penetrabile subit, progressus & intrò
 Sacra uidet, nostras hominum fugientia visus;
 Rimatur qui, prima ante incunabula Mundi,

Quid

Quid toto fieret Coelo, quidquæ esset ab evo
 Vnius Persona triplex, Substantiæ simplex,
 Maiestasque uerenda Dei; quod tempus & ante
 Omne, à se solo Pater est, Verbumque Parentis
 Est genitum de mente Dei, de Sydere Sydus,
 Sydus ad arcendas ortum facis igne tenebras:
 Omni potens Verbum, Coelum quo cœpit, & Orbis
 Circumagi, variosque sequi per tempora motus;
 Quo Cœcum, atq; informe Chaos, lite nque diremit.
 Lux enata recens, & rerum semina nexu
 Concordi Natura potens discordia iunxit:
 Verbum, quo Tellus, Aetherque recessit ab Vnda,
 Hæc facta innantum sede, domus ille volantium,
 Terra hominum, pictoque sinum distinguere flore
 Coepit, & accenso fulgescere sidera Coelo;
 Bis genitum, sine matre prius, sine tempore Verbum,
 Tum sine Patre; Dei lapsum cum sede Parentis,
 Inductoque sibi in Terras Cœlestibus Oris
 Exilio, intacte compleuit viscera Matris
 Virginis arcano fœtu, Luneque labores
 Post aliquos, integra alio moribus undus ad auras
 Prodiuit Puer æthereas, ut funere nostra
 Crimina deleret proprio, vitaque profusa
 Damnosos Herebo noxarum vindice pœna
 Solueret Inferno Manes, stygioque barathro,
 Et Paradisi acas inferret Victor ad aulas;
 Quis sciat hoc? nisi qui mortalia, & ima profusus
 Tollatur sublime Ales, volitansque per auras
 Aerias superetque plagas, & nubila tranet,
 Dum bibat æternum defixo lumine Solem?
 Quis canat? in solito nisi cui præcordia ab uestro
 Pulsentur, tacitosque ferat sub pectore motus?
 Quis? nisi quem nouus ignis habet, Diq; medullas
 Aestus, atque arinui populantur viscera flamme?

Quis

Quis videat ? nisi quem penna Deus Aethere alii
 Ignotas tentare vias ad sidera, securo
 Et liquido iubeat sedem sibi figere Caelo?
 Quis ? nisi quem tanto Numen sibi vinxit amore,
 Quamvis erat Soteris amor, sanctique lignis
 Nexibus, ambrosia stillanteq; ab Aethere pavit ?
 Scilicet hac multus Patria non manera fecit
 Splendor Ioanni, non stemmata clara Parentum,
 Gloria siue Atantum; cui stagna per alta profundi,
 Vel muscosa avidos fuit ars per flumina pisces
 Fallere siue hamo, seu texta è vimine nassa,
 Tortoque implicitos prædari ad littora rete :
 Factum ergo quacumque est, hoc sibi fecit Amantis
 Solutus Amor Domini, cure Cælestis, & ardor ;
 O dulces curas, dulces super omnia nexos,
 Felices flammæ ò dulce ardentis Amoris ;
 Te verò decies vocis, noniesquè beatum,
 Arrisit cui tantus Amor, cui percitus igne
 Tantus Amans Deus; quales tibi serpere curæ,
 Quàm dulcesquè animo tum visis accendior ignes ?
 Non tibi delicias cuperes, non gaudia Regum,
 Non lautas epulas, non equare quicquid Eo
 Nascitur, Hesperio nec quicquid nobile tractu,
 Fulgida seu gemmas, aurum seu verset arena ;
 Pro gemmis erat ille tibi, proquè eminus auro
 Illucente, epulasquè dabat, patra squè calentes,
 Quanta sydereo libantur pocula Cælo ;
 Quid si delicias mallet, quid dulcius ecce,
 Quàm tibi divino concredi à pectore sensus,
 Inquè omnes socium ascisci l. Etissime casus ?
 (Nāq; hit, ut Carmè sonat, atq; in carmine musa.)
 T'c'm si via iunxisse Deum sibi compe de Amoris
 Lagq; Ioannem, delecto ut maxima t. si
 Arcana & Patri reseraret cognita sensa ;

Diuinat

Divinas sed enim quoties è vertice voces
 Sensit ubi elapsas supero, vocesque Parenti
 Reddidit ille suas ruidans fulgoribus, hausit
 Testis Ioannes redeuntia, eurusia verba?
 Acta inter quoties nictante tonitrua Cœlo
 Fulgere lucidius claro septemplete Sole
 Aspexit, niveosque artus inducere, quali
 Non ebior albescat, non lilia cana nitore,
 Aemula nec Geticis candore ligustra pruinis?
 Extinctos quoties reuocari ad munera vita
 Vidit, & incolumes subitam remeasse salutem?
 Conspexit quoties surdas reserariet aures,
 Oculos quoties oculos, quotisque resolu
 Mutis ora, pedes firmari ad munia claudis?
 Mystica si:prema, quid? quod consuisia cenę
 Cum uaret instructis epulis, aleretque Senatium
 Christus Apostolicum non sucto n: Fare mense,
 Frugibus extremo sacris tum pignore Amoris,
 Atque animi factio, Diu potuq, cruoris,
 Diuinas interque dapes, & pocula fertur
 Hunc Domini cubuisse sinu, sanctęque quietis
 Arreptum dulci somno supera ardua, tractusque
 Empyreos cursu mentis celeri peragrassę?
 Quale fuit, quantique ad eum vel pignus Amoris,
 Vel vocites donum? iam tum verò igneus Aether
 Panditur, exceptumque Polo Solalimus adorat;
 Procumbunt ad fixa Orbes vestigia, pennas
 Atque agiles Ioannis amant, Acisque beate
 Aligerum, (sic iussa ferunt), sublimia Cœli
 Limina, & arcanos referant ad sidera postes;
 Ille volat, tectis roseoque micantibus astro
 Angelico vectus Duce Cœtu, Regis ad anlam
 Onnipotentis adit, diuini & pabula nexus
 Largius, & dulces pateras epotat Amoris;
 Ardentem

Ardentem o flammam, uim o Amoris: sed quid? acerbam,
 Funereoq; Crucis pendens, quod stipite uerbum,
 Progenies eterna Dei, sobolesq; beata
 Alitnantis, amica piante cruore Parenti
 Victima pro noxis, uita pro fonte futura,
 Tum quoque testari flagrantem pectore Amorem
 Ut posset, nuncq; Custodem uirginis esse
 Iussit Ioannem, uerbo q; prescripsit Amantis,
 Illa sibi ut Genitrix, illi hic ut Filius esset?
 Hic quis Amor, quantumq; fuit? que munera? quantis.
 Digna caniq; modis te dic rogo Apostole, Kates.
 Dic age tu Diuine mihi, qui uerba loquentis
 Audires uultu quoties iaculantis Amorem,
 Atque oculo Domini, quoties q; labra resolu,
 Diuina toties uoces, diuinaq; uerba
 Letitiam instillabant, conflagransque recentem
 Aestus, uix poteras non deliquisse medullis,
 Vix non ignita facie, vibrantesq; flammam
 Ferre animi pra te tacitos ardentis Amores:
 Iam mihi, uel aliud refoles, nil praeter Amorem,
 Nil aliud Dilecte sapis, quam cordis Amorem;
 Ergo nec mirer praedato Dite quod astra
 Hinc abeunte Deo, ueluti que plurima fornax
 Accensa est, multoq; ardens conflagrat ab aestu,
 Pabula subducas quamuis, tamen ignea flammis
 Luxuriat, sic ille suum curaret Amorem:
 Ignis adhuc, ineratque ardor, qui flamma Amoris.
 Verba daret, posito qui tranquillissima Marte
 Otia suaderet pacis, suaderet amare;
 Hoc ille exardens nil dulcius esse canebat,
 Quam fructus, placidi qua sunt commercia Amoris;
 Aurea, si sit Amor, consurgere secula, bello
 Ferrea qua fiunt, pace omnibus omnia tuta,
 Dissidijs que fracta ruunt, concordibus euum,
Felix

*Felix, infelix animis discordibus esse,
 Viuere nos uno, nec solum viuere Amore,
 Sed nasci, sed ali, presentem hoc Numinis auram
 Afflari, nubesquè adeo, Coelumquè recludi,
 Atque viam facilem Tempia ad sublimia sterni;
 Talia Ioannes concinno melleusore
 Verba recantato sepe integrabat Amore;
 Ipse autem seu sole orto, seu sole cadente,
 Vel syluis, vel in Vrbe foret cantabat Ieson;
 Atque Echo referebat Ieson, saxaquè Ieson
 Ad uocem pleno reddebant carmine Ieson;
 Omnia Iesus erat, uerbum, uox, uita Ioannis,
 Solamen uirtus, præcordia mentis Iesus;
 Dum senio, ueluti qui construit Ales odoro
 Thure rogam, reparatquè annos in funere Phoenix,
 Absumptus sensim Orbe abüt reparandus Olympo;
 Huc ades, at quoquò hinc ieris, te Regis siue
 Regis habet superi, Cætuquè insertus ouantimo
 Alituum letis indulges Diue choreis;
 Sive agis, ut fama est, Syriæ felicibus oris,
 Halantesquè hortos peragras, & amena uireta,
 Utcumquè ò felix ades optime, & alite mentis
 Penna, qui tantum uolitas, huc aduola, Amantes
 Nosquè, pio quemcumque tibi de pectore honorem
 Demus, ama, tecumquè Deo, fac Aethere amari.*



63 Heroicorum Carminum
 DE S. CATHERINA VIRGINE,
 & Martyre Panegyris.



Fallor an? & falsa luduntur imagine vultus?
 Vel defixos vera hebetant spectacula visus?
 Vir gineas inter Cœli spera astra Puellas
 Cæsariem fusas Zephyris, atque ora rubore
 Pictura veretando pictas, quibus emicent aureo
 Gemmarum sparsosq; notis diademate crinis,
 Purpurat, è proprio inficitur vestisq; cruore,
 In dextris & signa nitent victricia palma,
 Altior affurgens solio duo sidera tollit,
 Ridentes ebori, faciemq; simillima vultus
 Virgo, genas puerilis honor cui fingit Amantis,
 Quæq; superciliis sanctos inspirat Amores,
 Leta cui roseis sinuantur labra corallis,
 Et latus ad dextram informis de cuspide surgit
 Immitti ro' a, districtis contextaq; ferræ?
 Res agè, sic res est, ea nempe ex impete Victrix
 Præmia fert ductis hostili Diva triumphus;
 Felix, qua potuit dignari Virgo triumphis,

Felix.

Felix, quam rebus tantis auxere triumphis ;
 Hos mihi da, quando niueis euecta quadrigis
 Lux fuisit reuoluta solo celebrata quotannis,
 Qua per sana necis petiisti vulnera Coelum,
 Quaeq; mihi primum vitales contigit auras
 Carpere, surgentem sensiffi q; ab aquore Solem,
 Numine Diva tuo, Atomidum de fonte liquentes
 Libanti latices, sacris tetigisse Camoecnis .
 Impius exercet sanas dum pectoris iras,
 Crudelesquè aëstus, altoq; ardens igne Tyrannus
 Tigridis è gremio natus, crudelior hydro,
 Nequitia Diomede prior, Bursivide, quaequè
 Sauromatas inter, Biffosque, Getafque feroces,
 Algens egelidis Ifter quas perluit undis,
 Seu rapidus Gindes, praecipit seu rupe Diaspes,
 Vltima vel propior, qui fluctibus arua Padanus
 Soli excussa rigas, tumidi quosquè ostia Nilis
 Arcent, & Pharij longiffima moenia Lagi,
 Horribiles edunt rupes, vel inhospita Telus
 Procreat immanni deformia corpore monstra,
 Sanguinis humani diro depascitur hauitu,
 Inq; Dei pia membra furit, bacchatur, anhelat
 Innocuum saucq; ense effudisse cruorem,
 Hos gladijs miserè traiecto gutture perdit,
 Exigit huic ventris lethale per ilia ferrum,
 Cui caput ense secat, fauces cui, colla truci què
 Innectit laqueo, summis quos adibus actos
 Praecipites turbat Terris, quos obruit unda,
 Quos lento cremat igne, faces quibus undiq; carnè
 Accensas torrere iubet, quos obijcit aëris
 Anguibus, ore ferum virusquè vementibus Hydriis,
 Sacra quibus rigidis bacerari pectora loris,
 Quos iaculis, arcuq; peti, vel turbine mandat
 Ingenti lapidum, tumulat quos aggere vias,
 Pulueris,

Pulueris, & gelida morituros condit in urna;
 Has ubi crudeles inquam Maxentius artes
 Tractat, & infandis vires exercet in ausis;
 Aestuat ab miserata necem, miserata cruorem,
 Et casus vita varios suspiria ab imo
 Corde trahens multis lachrymis Oenotria Virgo;
 Quare, audax animo Diuum penetralibus Aedis
 Succedit, penetratq; altis innixa columnis
 Tecta auro super, inferiusquè micantia gemmis,
 Pluribus, ac varijs utrinque ornata figuris,
 (Tunc ibi solemnes adolens Rex dirus honores
 Nam iubet imp' sitis arfisse artaria fibris,)
 Colloquium Regis rogitat, deducitur ante,
 Illicquè tratis hęc vocibus ora resoluit;
 Rex male, qua rabies cepit vesana medullas?
 Crudeli versatquè adeo sub pectore virus?
 Saurus & immanes, quia nam stimulante Megera
 In furias, cademquè ruis? qua insania subter
 Viscera grassatur? qua seua Libystridis Ora
 Te fera concepit? pauertur qua horrida saxa?
 Expuit aut genitum peregrini littoris unda
 Quod mare? qui innocuo restuentes sanguine riuos
 Exundare facis? qui cedibus omnia replet?
 Paſceris & sacro Diuum scelerate cruore,
 Nec tamen opoto saturaris perfide riuo?
 Cedem siste, iras siste impie, siste venena,
 Atquè odia, & furias, procul absint omnia dira,
 Stulte agè nosce Deum, triplex agnoscito, Numen,
 Vnumquè aterna Cœlo Deitate beatum,
 Haud ref rūt hac signa Deos, haud Numina, quodā
 Qua tibi sunt parium solis erecta triumphis;
 Quos pudeat dixisse homines, teterrima Terris
 Implicitos scelerum nunquam non pectora caro;
 Hęc ubi dicta dedit, tacuit; cui pauca Tyrannus
Diva

Diuę Sydere defixus Virginis ori,
 Ori, quod flammis superis non inuidet oris,
 Cuius at insideant spaciem Cœlestia Terris,
 Astonitus, paulumq; herens responsa profatur
 Filia mitte Diis adoleri tauris honores,
 Cœsisque effuso sacro sanguine Tauris,
 Ad nostras flexisse pedes pia Numina, namque
 Commodius tum Virgo satis pulcherrima fiet;
 Ducitur interea sublimem Regis ad aulam,
 Et (quando sic iussa ferunt) penetralibus imis
 Infertur, coeptis dum fiant ultima sacris;
 Regia completo demum Rex minore tecta,
 Arte laboratum quorum laquearibus aurano
 Exardet, multi pendentq; utrinque coloris.
 Et variata manu pictis aula figuris,
 Erubet inq; solo Sarrano infecta veneno
 Purpura, & Assyrium lucens splendoribus ostium.
 Iam redit, assidens solio sublimis & alto
 Adductam Diuam coram iubet illico sisti;
 Dicto miles adest, paretq;, hec sistitur; ille
 At mihi dic, Virgo, Patrum quo semine nata
 Aluo prodieris vitales Matris ad auras,
 Quae tua nam fuerint ac Templi in limine verba;
 Hac ait, Vrbs clari Generis decus ipsa loquatur,
 Vel quasita Atavis insignis fama triumphis
 Imperio claris; Regum nam sanguine creta
 Trodiui Aethereas laudato semine in auras;
 Id mihi Rex potius laudi, quae Lucifer ignem
 Cum dabit Aurora, vehet ac Tithonia Solem,
 Ardescent Cœloq; faces, celeberrima vinet,
 Est verum nouisse Deum, qui nutibus Orbem
 Temperat, Aethereosq; rotat miro ordine Circos,
 Qui vita, ac mortis sapiens moderatur habenas,
 Meq; sibi nullos vni dignatam Hymenaos,
Haustis

77 Heroicorum Carminum.

Haustus nimirum facibus Cœlestis Amoris
 Munera dignanti sponso coniungere sponsam,
 Hoc; in Amore mori; pendens lucentibus alma
 Virginis ad pauca hæc oculis Maxentius hæret,
 Et satis admirari animos nequis, et magis imò
 Quæ sua dære sibi Divam contendit honores,
 Venat; esse Deos, templis qua Numina adorat,
 Hæret itemq; magis, secum vatus illius unâ
 Vnius in roseis Hermem requiescere labris,
 Ac sedem legisse suam sibi Pallada pectus;
 Iure quidam; qualis sed enim non frangitur ictu
 Illato, fortis quin retrahit illicet incus,
 Mutua quot patitur, pugnae & vulnera reddit,
 Quiq; icit, mox icitur, haud secus aurea Virgo
 Ictus alternat varios, quot concipit ictus,
 Fortius atque adeo Regi iaculatur et orquet;
 Quæris iam demum metuens à Virgine uinci,
 Qui tamen ingenio penetraverat ante recessus
 Socraticos, uel Olympiacas delatus ad auras,
 Imperat acciri sapientas undique, lectis
 Atque brevis multo donandos munere spondet,
 Si de Virgine referant virtute triumphos,
 Et horaq; Numinibus faciant incendere Disis,
 Jamq; propinquantem roseis Titbonia bigis,
 S; dereis summo dispulsis Aethere flammis,
 Atque aliò noctis latè fugientibus umbris,
 Dictum operi tanto Cœlis inducere solem;
 Cum missus supero Iuuenis pulcherrimus axe,
 Ora cui roseo candentia ferta Amarantho,
 Picta notant, tingunt cui labra corallia, cyrris
 Ambrosium tegiturq; caput, præcingit & artus
 Splendida palla auro, clarisq; ornata pyropis,
 Virgini adest, salucre iubet, mox talibus infit;
 Ille nocturnæ Catherina, animis, aut pectore tanta,

Si metus est aliquis Virgo, en Coelestia pro te
 Agmina Coelitus stamus, stat Numinis auras,
 Stat Coelum omne, tuis contingent omnia votis;
 Et preclara tibi victoria certa parata est;
 Hec illa, inq; leues extemplo evanuit auras;
 Quae animosa magis, cum primū Phebus ab unda
 Protulit exiliens aurato vertice crines,
 Altior & radios coepit diffundere Terris,
 Pergit anhelatam voto diu inire palestram,
 Ac dextrum populi circum spectante theatro,
 Et medios inter Proceres surgente Tyranno,
 Causa utrinque agitur, Dina hunc, sapientibus inde;
 Huc agitur à Coeli, fandi quæ Coelitus ori
 Tum data Virgineo fuerit, quæ, pandite, virtus;
 Dicite vos testes, testis dic Phebe laborum,
 Scilicet hæc tantum potuit dixisse, triumphans
 Ut sibi de multis dederit victoria palmam;
 Numinis unius Diosq; afflarit amores;
 Quare agitatur maior Regis violentia pectus,
 Inq; Magos sequere facit primo; illice secta
 Nam iubet accenso crudelius igne cremari;
 Mox Dina insultat, totum cui vellere corpus
 Nudata lacerat crudeli verberare membra;
 Et quando nit flagra iuvant, cum firmior ictus
 Hos temnat Virgo, cautes quam perferat undas,
 Aut fortes Euros quercus radicibus imis
 Canior, aut Adamas ferientis vulnera ferri;
 Vectibus intextam ferreis, atque ære rigenti
 Clamat adesse rotam, exitiale, immane, nefandū
 Ingenij Inuentum, Tellus quod barbara nescit;
 Huc statuumt, Sanctâq; manus post terga reuinctâ
 Ferrata religant laudantem compede Christum;
 Sublatis sed Cælo oculis, & supplice facta
 Eruptis illasa exit prece Dina cathenis;

D Arquo

Atque rotans sauos violentius orbita in hostes
 Opprimis, ac stygias plures detrudis ad umbras;
 Tollitur interea concors ad sidera clamor,
 Numina dispereant, Catherina Numen adoro;
 Rex vnus lenire animos, mansuescere nescit,
 Est sibi corde silex; hinc longe immitior ausus
 Virginea incautare solum cade, imperat ense
 Marmorea sacrum caput à ceruice recide;
 Scinditur, & fuso decurrit sanguine riuus,
 Sanguine non roseo, niuei sed lactis ad instar;
 Sic Catherina suis donato fine triumphis
 Aligerum comitata sono deducitur astris;
 Et gemino praeincta comas diademate, Sponso
 Iungitur in Caelo, Sponsa Omnipotentis, Amanti.
D E E A D E M V I R G I N E,
 & Martyre Catherina, carmen
 dictum Romæ.



MVsa aude; quid plectra magis læguetia tecū,
 Ac digitos cessare facis? repetitaq; neruis
 Arguto resonis modulari pectine cantum

Sape

Sepe negas? en astra fauent, non irrita vota
 Sol auras errare dedit; viden' aurea rursus
 Lux optata nitet reuoluto Sydere Terris,
 Qua patriæ Catherina decus Memphytidis, ense
 Et cecidit, Victrix & Coelo est aucta triumphis;
 Aude hylaris, cantumq; moue, fer carmina Vati.
 Aetatis detenta animo florentis ab auo
 Artibus ingenuis Oenotria Virgo vacabat;
 Qualis erat cui fronte decor, decor aureus olli,
 Purpureis rubor atque genis, quem cana colore
 Lilia pingebant niueo, qua crinibus astra,
 Aura serenatis non amula Sydere Coelis;
 Colla pererrabat susus qui lactea candor,
 Cycnaum testata decus, qualique micabant
 De face Syderei Phœbeæ Virginis artus,
 Ingenij, mentisq; vigor, visq; unica Dine
 Talis contigerat; felix cui Delia Sydus,
 Felicesq; animi dederat cum Sydere motus;
 Hinc non Castalios labor illi exsugere fontes,
 Aonias siccare & aquas, Daphneq; reuinctam
 Pierios lustrare sinus, plectrumq; Puellas
 Inter oberrantes doctis agitare Camenis;
 Non labor Ausonia gratos didicisse lepores,
 Atque sales lingua, & viuacia fundere verba,
 Dulcisq; eloquij pictos respergere flores;
 Hyblais vox mixta sauis stillabat ab ore,
 Inclyta Nestorei cedat cui gratia mellis;
 Res leuis & sacros Natura irrumperè postes,
 Et tacito secreta oculi rimarier haustu,
 Qua latuisse dedit; sic aliè accesse repostas
 Et rerum causas, Coeli mensusq; viasq;
 Et numeros, superasq; omnes percurrere sedes;
 Sic benè Socratico quicquid manauit ab ore,
 Docta Cleanthæa sonueruntq; atria Turbe,

Reddere, cœruleis quicquid circumligat undis
 Diua, videre, maris; rosei modo luminis ortum,
 Et modo deciduos spectare sub æquora curvus;
 Ergo hæc Virginea vita sub germine cura,
 Cum nondum tentata Deo, Cœlestere pectus
 Igne percussa, atris hæc horresceret umbris,
 Errorisq; oculos hebetaret plurima nubes;
 At rerum, Cœliq; Parens, cui mitia corda,
 Dulcia melle magis, dia cui pectora Amoris
 Delicere face, impatiens temerare decorem
 Tetra nocte suum, tenebris, squalloreq; sædo
 Diuam errare magis sopite limina Cœli
 Pandit, delitijq; trahit per somnia visis;
 Ante oculos nam Virgo stetit, pulcherrima Virgo,
 Sydereum mentita decus, Diuosq; lepores,
 Felicis circum nebula quam nymbus obibat;
 Olli erat expansis tranquilla crinibus aura
 Aurea Casaries, nitidis pellucida gemmis,
 Et capitis fluitabat honor, quem Diua leporis
 Aeternis velata rosis, resoluta nitorem,
 Roranti grauidata sinum Thaumantias imbre,
 Præfert aureolis Cœlo deuicta quadrigis;
 Sydera sed fronti, cuius nix undique sparsa
 Igne notata rubescebat, bis sena coronam
 Nectebant præ floreolis obeuntia fertis;
 Egeminis ardere oculis, flammamq; pyropos
 Dixisses concire, ignes ac vincere Solis;
 Puniceus color ipse rose uernabat in ore,
 Circum lactealo quem flore ligustra natabant;
 Phœbæ præ veste faces, & lumina honore
 Artus cingebant roseo Cœlestis amictus;
 Sydereo sub Luna pede, atque argenteus axis,
 Igneaq; explicito splendebant astra sereno;
 Virgo erat, Empyrea Regina Puerpera sedis;
 Pendebat

Pendebat Puer è gremio, Puer aureus ora,
 Festivo risuq; Puer Cælum omne serenans;
 Progenies aquana Patris, Divina Propago,
 Et Cœlestis Amor; cuius de lumine lumen
 Astra petunt, Phœbeq; petit, lucenq; comarum
 Omnem Phœbus habet, tantum Cœlcq; nitescit
 Quantum Diva facit Facies; fax unde coruscat
 Lata, ciet sacros sanctiq; Cupidinis astus;
 Protinus hinc Pueri Catherina exarsit amore,
 Defixa hæreatq; oculis sibi tota; sed ille
 Huc modo, nunc se illuc agitans, odisse tuentem
 Argumenta dabat; speciem Matr: q; Puellę
 Iactantiq; decus, Genitrix quid pluribus, in sit
 Effers Diva decus, picta vel imaginis ostrum?
 Quid speciem laudas, dignū quid Amātis honorē?
 Annē latet, superis nostra penetralibus Arcis
 Innumeros errare Choros, Cœtusq; Dearum,
 Et festa solum circum redimire chorea,
 Forma quibus fulgore nitet Splendentior, ora
 Et magis aptat ebur, roseo velata rubore?
 Quin etiam mihi sordet, amem quā, quaris, & inter
 Plurima nigrescit lucentia sydera, Sanctis
 Nondum tersa Vadis, sacri & Baptismatis unda;
 Hic sopor abscessit, secum collectaq; Virgo,
 Nam qua causa foret, tantę sibi conscia pœna,
 Numinis intuitu, cupidos depascere ocellos
 Ut nequeat, vitę sortem lachrymata prioris,
 Eluit errorum Baptismi aspergine sordes:
 Mox iterum, dum fessa iacet, diffusa per artus
 Dulcior itq; quies, Diva benè dulcior, affert
 Qua Divinum sibi delitias, & gaudia Cœli;
 Purpureo recubare sinu Genitricis eundem
 Basia rosiāulis iterare labrisq; Puellum
 Et videt, & flagrare novis sibi pectora flammis

Sentit, & exciti firmari incendia Amoris;
 Nec velut antè, Puer rosei radiantia vultus
 Virginis intuitum contemnit sydera torquens;
 Quin etiam blanditur Amans, oculisq; serenis
 Latior arridet, festiuo orisque lepore
 Exultat, cumulatq; nouis noua gaudia donis;
 Virgineæ sed enim, tento puerile lacerto
 Excepta dextra, dum cantibus aura remugit,
 Et Dauid feriente Chelym, Musaq; sequente,
 Concinitur sponsale melos, despondet Amanti
 Se sponsum, dotali ac ditat munere Sponsa;
 Oscula discurrunt, coeptus qua suscitatur ardor,
 Et modo Nympha refert Puero, quæ mutua cepit,
 Et modo fert Nympha, quæ mutua ceperat Infans;
 Postea conserto baccis adamante decoras
 Angustat sponsale manus, Diuaq; beatos
 Cœlesti digitos intermicat annulus auro;
 Sic sacra coniugij firmant noua fœdera Sponsi;
 Barbitatum cytharis, sociataq; carmina sistris,
 Organa cumq; tubis ruperunt gaudia somni,
 Excitataq; in digitis videt exardescere gemmam;
 Hinc benè quam subito mutata per omnia Virgo,
 Et noua delitijs facta est; iam tota liquefcit;
 Atque Deo propiore sibi, resoluta medullas,
 Cœlestes experta faces, & pectoris æstum
 Liquitur, ut glacies torrenti saucia Soles;
 Hactenus ignaram, primùm nunc auspice Cœlo
 Se sapere illa putat; dio sic Numine plena
 Prodigæ fortunas inopum partitur in usus;
 Iam sibi cum Musis sordescunt Claustra Lycæi,
 Et nuga Stagyræ tua, cui pectora Diuum
 Respersit germana suo sapientia rore,
 Iam nihil in votis, nihil est, quo gaudeat, ardor
 Quam diuinus alit; superas nam mente per auras
 Mortales

Mortales exosa dies, euecta vagatur ;
 Teq; unum suspirat Amans Puer auree, soli
 Atque haret defixa tibi, suspiria ab imo
 Dulcia corde trahens ; unum te clamitat, igne
 Inq; tuo vesana perit, geminatq; querelas,
 Suspensam sic sponse tenes? ubi gaudia sponsa?
 Vror Amans, & solvor Amans ; iam tedia vita
 Concipit, atque imis ardescit sensibus ultro ;
 Illi offerre animum, quem pectore deperit unum ;
 Nec terrent iccirco mina, nec dulcia Regis.
 Electere verba sinit ; sed cuius adestuat igne,
 Ante ora, atque oculos praefert ; annexaq; sicut
 Quercus, cum valido decertant robore venti,
 Eruere inter se, nunc hinc, nunc flatibus illinc ;
 It stridor, sternuntq; solo de stipite frondes,
 Illa sed aduersum factos bene reijcit ictus,
 Utq; mari medio, qua fluctibus obuia rupes,
 Nymborumq; exposita minis, non frangitur aestu
 Aequoris, icta magis quin & durest ab undis ;
 Sic Diua munita Deo mens inter utrumque
 Illecebras, unaq; minas immota rigescit ;
 Ictibus haud ullis quatitur, sed firmior haret,
 Et retrò fractas obiectu reijcit undas ;
 Hinc qua crudeli gliscat violentia Regi ;
 Musa horret ; sauit vesano in pectore Erynnis
 Et bacchata dis furiales concitat iras ;
 Caditur hac tenerum nodoso verbere pectus ;
 Sed viola, vel flagra rosa, quas pascitur inter.
 Et sibi de vario contextit flore corollam ;
 Vincitur geminis palmas post terga cathenis,
 Careeris & tetro squallentis clauditur antro ;
 Ferrea gemmata sed sunt sibi vincula torques,
 Hortus odoratis antrum cultissimus herbis,
 Et vario gemmante solo discrimine florum ;

D 4 Ambrosias

Ambrosios depectat ubi Charis aurea crines,
 Tempora Achaemenio roretq; decora liquore,
 Aufertur victus, Diuo sed pascitur astu,
 Coelestiq; dape; ac sibi qui Puer omnia solus
 Est, qui corda ferit, depascitur omnia in uno;
 Injicitur mox illa rota, quam cuspis obarmat
 Vectibus intextam ferreis, atque are rigenti;
 Orbita sed tacito Coelestis fulminis ictu
 Frangitur extemplo, & reptans violentius hostes
 Inuadit plures, vinculisq; illasa solutis
 Diua manet, gratesq; Deo venerata rependit;
 Dum demum cupiens Dij grata oscula sponsi,
 Et sacro recubare sinu complexa lacertis,
 Vltro lata dedit licitori colla recidi;
 Sydereisq; excepta Choris, excepta Phalanges
 Inter Virgineas Victrix enauit ad Oras
 Aetheris, & cari mellita suauia Amantis;
 Hic sibi milleno thalamus de sydere Diuum
 Ante noua surgit; pennata sed agmina Coeli
 Sponsalem strauere torum, noua gaudia Sponsa;
 Hic superis immixta Choris, immixta Puellis,
 Festiuis iucunda oculis, cumulata trophais,
 Aethera per graditur, supremiq; atria Regni,
 Hic festas cum saepe vocat Regina choreas,
 Aurea Virgo Poli, splendet plaga lactea Coeli
 Secreti qua luce magis, victricibus ornant
 Tempora mille Nurus oleis, & mille Puellae
 Ante alias spectanda sedet formosior, auro
 Effulgente coma, baccata & pectore palla;
 Hanc omnis colit inde Chorus; sibi lilia sternunt
 Canaq; cum cabathis, Diua pedibusq; terendas
 Dispergunt violas, rubeos & flore Amaranthos,
 Certatimq; sacro perstringunt carmine laudes;
 Saluae Nympha, decus Coeli, pulcherrima Nympha,
 Cui

*Cui superum sic risit Amor, Cœlestis & aura,
Et Divina Charis, Virgo decus Innuptatum;
Huc ades, & quamvis donis melioribus axe
Omyeris, nostrum quemcūque novamus honorem,
Ne sperne, at quoties blanditur Numine Musa,
Leta veni, & facilis modulatos ebibe cantus.*

DE S. ANTONIO ABBATE
Panegyricum Carmen.



DENT alij laudes alijs, & carmina Divis,
Aurea pacato peragentibus otia Cœlo,
Syl erea dulcesquè choros iterantibus Aula;
Te mea Sancte Senex, Vastè clarissima Thebe
Laus, & Amyclæo quondam lux orta Canopo,
Niliacaquè Pharo, plectro qua garrula cumquè
Musa strepat, ruidiore feret; te cultor Eremitæ,
Tartarea gentis Terror, Turbator Auerni,
Antoni te Diue canam, Dux esto; Camœna
Per laudes orditur iter; tibi turgida vela,

D 5 Et

Et puppim laxo: sed quò fidentior aquor?
 Quò rapior præcep? tantumne interritus aquor
 Ire audax, cimbaque leui decurrere vastos
 Fluctus, credere in immensum pelagoque patenti?
 Quid sequar? an vires aui florentis, & actus?
 At grauis insurgit certando laudibus atas;
 An niueam mentem? sed me trahit Aurea Virtus;
 Ingentesne animos? poscit clementia; narrem
 Despectas locupletis opes? vocat horrida sylua;
 Annè quòd effuso per vulnèra dira cruore
 Exarsit sacrare animam? quòd cuspide lasos
 Di: superis sanare datum, morbiisque mederi?
 Annè Duces Herebi, decertatosque labores
 Cælo teste canam? Vesantum panditur aquor;
 Arque ego tantarum cumulos perstringere rerum
 Carmine si paruo sperem, ferat ocylus Ossa
 Pelion, imponam gelida Rodopemque Pyrena;
 Promptius allisos numeremque; ad littora fluctus,
 Arque breue equorens constringat fictile arenas;
 Nam Tellus incepta coli mortalibus ex quo,
 Clara diesque oculis, Cælumque, iubarque, videri,
 Cum Rex ille potens, Deus omnipotentis Olympi,
 Diuorumque, hominumque; Parens, qui sydera natus
 Torquet, & alternis tenebrarum, lucis & horas
 Temperat æquus Amans, partitum singula quemque;
 Carpere sincera Cælesti è sorte bonorum
 Dona velit, spargique; sua virtutis in omnes
 Omnipotentis opes; animos huic robore grandes,
 Huic sapiens pectus, factis huic proderè magna,
 Seu lethum differre, malis seu ponere finem,
 Huic percussa alto præcordia mortis ab æstra
 Pandere diuinas leges, auique; futuri
 Dat nosse arcana, & chartis oracula fari;
 Hos nunquam temerata fides, vita extulit illos
 Cælebs,

Cœlebs, virgineusq; pudor, quos copia lingua
 Quos rigor exornat; Diuos Cœlestia dona
 Didita scq; beant: hec sed tamen omnia mixta
 In te Sancte Senex fluxerunt; quæ; recisæ
 Felices faciunt, collecta hac Diue tulisti;
 O te non decies, vicibus sed mille Beatum,
 Copia quem diues beat: ò felicia nata
 Astra tibi, plenoq; ortam Thaumantida cornu;
 Non huic si quaras, in gloria prima Iuuentus,
 Nam sine labe fuit; tepuit nec fortior ætas,
 Accensas quæ mille faces; nec serior hora
 Qua decies bis mille dedit; nam musa reuoluat
 Prima quid ausa? olli teneris mens ardua ab annis
 Aetherea vix luce hausta, solisq; micante
 In vitam radio, iucundum fulgere coepit;
 Illa decens, & forma decens, respecta colore
 Hac niuis, hac rosea, minio decertat Ibero
 Hac qualis, Tyrium qua purpura sensit ahenum.
 Aeterni seu quale rubent, mollesquæ Amaranthi;
 Hac quales Pennata Acies stellantis Olympi,
 Syderca, casteq; anima, vitæq; volucres
 Alma Cohors, pernice ferit quæ iussa rotatu
 Aera, longeq; & nubes transmittit, & auras:
 Splendebat candore animus, iam, iamq; remesus
 Diuina virtutis iter venerabilis ire,
 Nil breue moliri, puerorum illudere nugis,
 Seria, magna sequi, fastis & digna futuris
 Verba loqui, grauidæ spes certa in semine messis:
 Vix primaevus erat, dirisq; utriusque Parentum
 Iniectis manibus celerarunt funera Parca;
 Non tristes sed cura, dolor nec corde querelas
 Extraxit, lacrymasvè oculis, iam conscius atri
 Ille brevis, quiq; athereis euescinur auris,
 Hæc omnes cogi, citius, vel serius urna

Sortem exituram, lethi cum nomine sortem;
 Infauftam, quibus atra dies, pro crimine tetro,
 Proq; notis anima pœnarum præmia soluat;
 Felicem, quibus astra parent argentea claustra,
 Aurea perpetuo reuolutaq; sacula penso.
 Hinc Cælos versans animo, Cœlestia pondè
 Iussa Dei, Diuumq; sequi vestigia cœpit;
 Scilicet è multo quantas congesserat auro
 Cura Parentis opes, Pharia quas gleba Syenæ,
 Quas fœcunda soli diffusi iugera, in usum
 Absumit pius ecce inopum; iamq; Aetheris alti
 Miles ad arma Ducis Superi, se castraq; trãsfert;
 Vrbe exit, Patriq; procul loca deuia, syluas,
 Horrida lustra petit, belli cupidusq; ciendi
 Tartareos Hostes audax in prælia poscit;
 Promocat, irritat, clamat, probrisq; laceffit:
 Nec mora longa fuit; cacas namq; actus in iras
 Dux Herebi sauis Pluton, ludibrio haberi
 Quid dolet, ac vires agrè mortalia corda
 Fert ridere suas, nactas vix Aethere tales,
 Ut sibi, neglecto totiq; ut consulat Orco,
 Concilium deforme vocat, fera Monstra Barathro
 Acciri retroq; iubet; concurritur inde,
 Hincq; statim; Pestesq; Herebi glomerantur in unũ
 Tęnarij tremuere lacus, tremuere silentum
 Regna, chaos totum tremuit Phlegethontis, Auerni,
 Turmatim dum Mostra riuunt; huc fontibus hydri
 Crinita infestam quatiens pinum igne Megara;
 Accurrit toruismquè oculis, ministransq; flagello;
 Huc fera Tisiphone crines impexa colubris,
 Vipereos stygio dentesq; armata veneno;
 Inuidi? huc atrox stimulis exercita diris,
 Vesanosque vomens fœdis de faucibus ignes
 Alesto; huc Scylla, Harpya, dirumquè minaces
 Centauri,

Centauri, & laxis Pubes Titania vinculis;
 Hæc centumgeminus Briareus, vastoque Typhoeus
 Corpore, centipes Enceladus, Rethusque cruentus,
 Aegæon, sauisque Mimas; huc bellua Lerne
 Horrendum stridens, & forma tricorporis umbræ;
 Regia completur cœtu, complentur & antra
 Ferrea, collectis hærentque sedilia Monstris;
 Rex medius stetit umbrarum, noctisque profunde
 Arbiter, è solio vulgo iussoque tacere
 Oclusam rabidis expressit vocibus iram;
 Siccinè nos Manes, patiemur siccinè nostras
 Vires turpè peti coniectis undique probris?
 Quæ noua iam vestros vitiat clementia mores?
 Quæ rabies innata petit? quid inania prosunt
 Verbera? nequicquam cinctos iactatis & angues?
 Heu nimis ignaui; en audax Antonius ultrò
 Prouocat ad bellum Manes, Herebumque lacessit,
 Meque Ducem probris; & proh pudor, otia amara
 Longa placet, fœdoque diu torpescitis eius?
 Sumite iam Furie vires, agnoscite Manes,
 Quæ deceat tortos angues, crudeleque verber,
 Funestaque faces; & vos iam gloria palme
 Si qua trahit, laus si qua Herebi, Ditiisque potentis,
 Ite anime, vos iam ite; Hostem prosternite, victo
 Victrices bello reduces manet aurea merces;
 Dixerat, eiecto rugijtque immane veneno;
 Illicet auditur vocum per Tartara mille
 Feralis clamor, surgensque ad iussa Tyranni
 Orco Turba ferox ululatibus Aethera rumpit;
 Est locus exustus, Cadmi quæ Regia Thebe
 Vergit ad Aethiops, primos miratur & ortus
 Solis, et Aurora gratatur mane salutem;
 Sentis ille iugis, inter deserta ferarum
 Lustra, domos syluisque horrentes plenas, & hirtis
 Sepibus,

Sepibus, atque rubis sedes prærupta, quieti
 Aptâ tamen, Vastæ quam primi à nomine Thebe
 Thebaidem dixere senes, statioquè reperta est
 Curarum mersas pelago fugientibus Vrbes :
 Huc igitur Sylvas inter, lucosquè silentes,
 Vitam ubi felicem, tacitoquè Antonius evo
 Degebat, placidequè dies, Coelosquè peragrans
 Mente, precam Diuisquè, Deoquè ferebat honores,
 Profluit Monstrorum Turba, diemquè serenum
 Egressa insecit, radios Solisquè micantes ;
 Accessum sensere aure, sensere recessus,
 Horrendumquè iugis Thebe contermisna murmur,
 Sylvaquè opaca omnis, circumquè expalluit arbor :
 Interea funesta Cohors accingitur ausis ;
 Tela volant, hostisque petunt hastilia pectus ;
 Hec Patriæ, Gentisque decor, quem liquerat amens,
 Desertaque Sororis amor, fluxuquè Caduce
 Laudis, opumquè recens splendor, vitequè cupido
 Mollis, & in luxu degendâ segnius horas :
 Hæc prima, atque alia intorquentur pila, sed icu
 Cassa suo ventis; firma namque agide pectus.
 Sanctus amor, Pietasq; tegit, cristisq; decora
 Relligio galea, Coeliq; influxus obarmat ;
 Sternuntur bello Manes, superatur Auernus,
 Dum niueis ridetq; volans Victoria pennis,
 Antoni te fama canit, tu vincis, ab hoste
 Tuq; trophæa refers; sed quid tamen? estuat ira,
 Desauit crudele magis, Martemq; nefandum
 Ingeminat, petiturquè nono Victoria bello;
 Spicula turpis amor, Venerisquè procacior igne
 Flammas, puellaris cultaq; decencia forme
 Visa genas minioq; nitidoq; aspersa Elephanto,
 Tæmina, candentis niueo vel flore ligustri,
 Aurea quam Scythicis ornat discreta smaragdis:
 Palla,

Gallæ sinus nodoq; ambit pulcherrima zona;
 Non Lydi deerant torques, non Indi adamantes,
 Non inserti onyces, nec iaspide fulua supellex,
 Non oculum quicquid, nec pectora quicquid Amã. ù
 Allicit, & ditem factò rapit impete prædam:
 Nempe Satan turpi valet arte, astuq; doloq;
 Frangere quem vi cumque nequit, uicisse laborat:
 Sed structe incassum artes, insidiq; procaces,
 Spicula inanè volant; miles namque auspice Cælo
 Propitio certatq; Deo, victoria certa est
 Quo Duce, prosternitq; Herebi vox una Phalanges;
 Ergò idem Victor, factò qui vicerat ante
 Marte abit; at victq; repetunt conamina nixu
 Fœda nouo turpes Acies, rursumq; tenendæ
 Spe palma certamen agunt crudelius arte;
 Iam fraudesquè, doliq; vacant, dũ verberè certant;
 Orantem inuadunt, duplicesq; ad Sydera palmas
 Tollenstem, sursumque oculos, immania monstra;
 Irarum stimulisq; nouis accensa, flagello
 Crura, pedes, vultus, humeros, laniantq; lacertos,
 Vix retinet membri animam, vix egra superstes
 Spiritus ossa regit; tam multa grandine nymbi
 Nodorum soluere sinus, ac decidit imber;
 Sed doctus quid tale pati, peioraq; multo
 Audax eccè Dei miles, simul edere vocem
 Ore potis, victas dictèria dicit in hostes,
 Ridetquè in triplici suas certamine vires;
 At victi toties, Martemquè ciere recentem
 Ignari Manes, species, atquè ora Ferarum,
 Serpentum vultusquè atros inducere, lethi
 Perquè feros inferre metum contendere morsus:
 Mox Diuo ridente minas, Cœlestequè Numen
 Auxiliare sibi, quanto licet ore carente
 Laudibus, è Cælo rutilanti lumine oborto,
Ausugunt

Ausugiant trepidi, sesequè in Tartara condunt:
 Tum grates quas ille Deo, qua carmina, & hymnos
 Nil aliud iam sylua, arbor nil, Iustria, recessus,
 Nil aure, rupes; sonant, quàm carmen amoris,
 Numen amat, Regemquè Deum, quo Præsida bellis
 Inuictò hostiles discecit Marte Phalanges;
 Exin verò quies quàm leta sibi? aurea pacis
 Otia quàm securo? bonum spondetur ut auum?
 Letos ille dies tandem felicibus orsis
 Inchoat haud vlla turbatos hospite cura;
 Sanctè agit, & pacem laudatis tollere gestis
 Nititur, egregijs seclum commendat & ausis;
 Namquè ego quid repetam? niueñ quòd cœlibe vitæ
 Pectus, & innocuum tenuit? quòd crimine Soles
 Innumeras expertes egit, ubique verendo
 Ore, oculoquè micans; humili quòd mitia mente
 Verba dabat, tristes conatus tergere curas?
 Quid, medica non arte, Crucis sed vulnera signo
 Hic valuit, febresquè atras, morboquè leuare?
 Quòd Parca tardare celum, vitequè periculis
 Mille laborantium tranquillos reddere Soles?
 Dæmona quid referam? quòd tetrâ pellere, & Orco
 Deiectum dammare potis? quòd itinere fessus
 Arenti dum fauce sicut, restinguere flammam
 Nec riuo saliente datur, diuinitus orto
 Fonte ministrat aquas gelido liberrima Tellus?
 Quid? quòd fatidicus? quid? sera quòd omina sacro
 Ore dedit, casus quòd sensit & ante futuros?
 Omnia dementis metro perstringere velle;
 Vires posse negant: hic ergò terminus esto.
 Iam Iustriis, semioquè graue, spolijsque refertum
 Et palmis, celsorepetentem premia Cælo,
 Diuinam spirasse animam super astra vehendam:
 Felicem ò animam, diues multiplice præda,

Quæ

*Qua Coelo fructura volas, visura Tonantem,
 Angelicis inserta Choris, Splendentior astris;
 Felicem ò nimium, coetu quæ condita Divum
 Aeternas ludes choreas; tibi signifer Orbis
 Arridet, clarusquæ Aether; tibi sydera Phæbo
 Institutum plaudente iocos, ridentquæ volanti;
 Arridesic Diue meis eia optime votis.*

**DE VENERABILI VIRO, ET
 Integerrimo P. Hieronymo Aemiliano
 Patritio Veneto, Congregationis
 Somaſchæ Inſtitutore
 Sanctiſſimo.**

P*rima Camœnarū sacros Heliconis ad hortos
 Calliope, quæ ferta legis, violæquæ beate
 Halanti gratū calatho, quem floribus ornas,
 Quem folijs, quæ bruma gelu, vel Syrius æſtu
 Non rapit, æterni ſed honore virentia Veris
 Fons Aganippeæ Permeſſidos educat unda;
 Fronde Somaſchenſis ſacri cur cingere Cœtus
 Dic mihi, Ductorem ceſſas? quid tempore tanta
 Differsquæ Aonia crinem redimire corolla?
 Dignus an Vates alios exercuit vlla
 Virtus? impenſuſnè labor felicibus arte
 Muſarum, cantusquæ potens, & dulcia plectra?
 Eia agè vocali concentus flore labora
 Aeternum ſertum, argutas Chelys atque ſonore
 Plecte fides, molliquæ manu violaria tonde
 Cordarum, cultrixquæ nouo meſe germina prato:
 Fidus ego Vates, quin credis talia? plectrum
 Quin icis ſtudioſa meum, dulcemquæ camœnam
 Soluis? Apollineum nec perſonat illico metrum?
 Auditis ſocij? an dulcis me inſania ludit?
 Calliopem*

Calliopem videorquè pios audire per hortos
 Curfare, umbrantesquè agilem circumdare saltus?
 Hinc violas, hinc lenè rosas decerpere, orantem
 Nectere perpetuas lectoquè è flore corollas?
 Sic habet, huc socij, Coetus sacer; omnia odoro
 Thure halent, gratè Panthea nube tepentes
 Caligentquè aure, superent funalia Solem,
 Purpureumquè diem; flauoquè micantia textu:
 Exerat auratus Babylonica tegmina amictus,
 Carmine Meonio dum facta canenda retexo.
 Mouerat Adriaco pugna Germania bellum
 Imperio, Venetamquè Oram fera Marte ciebat;
 Hec armis, aciequè potens in prælia, late
 Diues opum palmè, Thracum cedisquè cruenta
 Clara olim sparsa, spargendo & sanguine Tellus;
 Hesperijs postquam magnus Leo cinctus ab armis,
 Ausoniaquè manu, totum terroribus Orbem
 Implerat, morsusquè atros inflixerat hosti;
 Pis tamen irarum, rabiesquè resederat omnis,
 Epotusquè cruor diros sedauerat enses,
 Cum fesse interea repararent otia Gentes;
 At Cæsar flammatus adhuc exardet in iras,
 In vulnus, cedemquè ruit, velutiquè Leena
 Lesa estu feruet, crudosquè resuscitat ictus,
 Sic bilem facibus nutrit, sic fulminat estu,
 Bellaces rursumquè Aquilas minitatur, & arma:
 Tum tibi quod pectus, virtusquè; Hyeronime metis?
 Quàm fortes animi? Castro qui iura recenti
 Aemilia de Gente potens, virquè optimus armis,
 Inuictus Ductorquè dabas? mox affore Turmas
 Cæsarias cum fama loquax, fremituquè ruentum:
 Carnorum caneret sonituros milite campos?
 Hercynias saltus, alpesquè emensa niuosas,
 Ripheæ Cælo, gelido Gens proxima tractu.

Iam-

Iamquè aduentabat pereuntis conscia Phœbi;
 Armiger hùc Sueuus, ferro Rhetiquè potentes,
 Atquè sagittifero pugnantes Marte Cherusci,
 Venitè & argentis bellax maris accola Cymber,
 Bructerus indomitus, fortis belloquè Boemus,
 Hirti pellequè Sauromata, fidentior Herdus.
 Quiquè colunt Albim labentem gurgite pleno,
 Concretum Rhensumquè gelu, quosquè alluit Ister
 Septemplex, Thetidem què fluctis undante coronat;
 Cæsaris huc omnis miles, Cataphractus, & agmen;
 At fidens animi contrà Dux optimus Arcis,
 Non procul esse Aquilas, externaquè militis arma.
 Cum videt, & sonitus audit lituiquè, tubequè,
 Excucit vultu Martem, sociosquè pericli
 Confirmat, sapiensq; animis audacibus implet;
 Vestra agè nunc, inquit, virtus, nunc robur & altũ.
 Conatusquè potens, & inexpugnabile pectus
 Vos animet, fidi Cives, totiesquè Probatè
 Inflamment stimulo vires; nam gloria tanta
 Quin trahat exultans palme? timor omnis abestoz.
 Fortior est numero virtus; confidite, dirum
 Rugiet ore Leo, Venetisquè accedet ab Oris
 Auxilium, fortisquè manus, dispellat ut hostem,
 Audete, ac vosmet rebus seruate secundis;
 Interea oppletur Germano milite campus,
 Circumstat Cæsarquè acie, turmisquè cruento
 Gaudentum cingit riuo, potiatur ut Arcem;
 Classica iam litui faciunt, Collesquè resultant
 Pulsati clangore truci; sonat arduus Aether
 Armorum rauco strepitu; iamquè erea moles
 Multa tonat, tormenta riuut utrinque, ruina n
 Igniuomo ferroquè parant; accensus & inde,
 Hincq; globus volitat, telorumq; horridus imber:
 Non tam spissa cadit glacies, sublimis in Arcton;
 Pron:inet

Prominet Hercyniæ affinis quæ Rhetia sylua ;
 Nec tot ab Illyrico Picenum littore campum
 Aduectæ glomerantur aues, quas senior urit,
 Atque alios propellit byems trans equora Soles
 Quærere, tranquillâsq; æstu cursare per Oras,
 Quot volitant utrinque ignes, quot Gnoſſia cornu
 Spicula torquentur, certum minitantia lethum ;
 Densq; sed fractos perumpunt agmina muros
 Cæsaris, & victi prensant fastigia Caſtri ;
 Bacchatur tum immanè enſis, seuoq; peremptis
 Marte profanantur non fontes Ciuiibus eedes ;
 It clamor, strepituq; Polo, fuſuſq; cruentum
 Sanguis agit riuum, inceſtatq; cubilia cedes ;
 Hac Natum plorat miſerum, nurus illa Maritum,
 Hac Fratrem, Patremq; gemit, mixtoq; tumultu
 Immeritam, diramq; necem lachrymatur Amantem ;
 At captus, vinculisq; manum, collumq; cathenis
 Compedibus vincitq; pedes Hieronymus arctis,
 Carceris in tenebras rapitur, Turrisquæ profunda
 Arcetur tectis ſolidis, quæ ferrea moles
 Obſtruit, ingreſſumquæ inhibet caligine luci,
 Hic ille informi macie, ſquallorequæ ſædo,
 Funecta premiturquæ fame, perfertquæ malorum
 Omne genus, languetquæ atris vis incluta pœnis ;
 Vix animus ſecum eſt, certusquæ haud fidere rebus
 Poſſe ſuis, Cælum lachrymis, votisq; fatigat,
 Conqueritur, ploratquæ vicem, Cœleſtequæ Numera
 Auxiliare rogat, Sanctam Regisquæ Parentem,
 Aetherei lectam thalamo Sponſamquæ Tonantis ;
 Hæc ſupplex, geminas tendensq; ad ſydera palmas,
 Procumbens genibusquæ orat, diroquæ ſolutam
 Vitam ſeruitio poſcit, ſi vota ſecundet
 Exitus, ac liber ſoluatur carcere, Templum
 Viſere nudato pede, depictamq; tabellam

Denouet

Deuonet ante aram, sacrosq; affigere postes;
 Vix fecit votum, niueo splendoreq; tecta
 Virgo adstat, soluitq; pedes, collumque cathemis,
 Clavesq; aratas, referet quibus ostia, tradit;
 Ille fores iussas aperit, certusq; salutis
 Egreditur, carpitq; viam, qua moenibus Vrbs est
 Ardua Tarusii, pictoq; cacumine Colles;
 Ecceq; dum pergit, medios tremebundus in hostes
 Incidit, armatas iter obsessumq; Phalanges
 Accinxisse videt; quid ager? regit ante supinas
 Ad Caelum cum voce manus, utq; Aethera votis
 Impleuit, niueam Superi Regisq; Parentem,
 Regnam Sanctamq; Poli prospexit, & Orbis:
 Hac dextra apprensam, nulli visumq; per arma,
 Per termas hostisq; omnes, perq; agmina centum.
 Vtlerius ducitq; etiam, dum surgere ab alto
 Moenia colle videt; Virgo namque Aetheris Oras
 Sublimes tum Diua abiit, seque oculis astris:
 Protinus hic grates, quanto potis ore, rependit,
 Virginea castumque Dea, laudesque Parenti,
 Sydereo Regique mouet; modulamina pangit
 Dius Amor, Sanctamque animam concentibus aptat;
 Prosequitur sic latus iter, gressuque citato
 Urbem intrat, Templumque simul, clinatus & ante
 Aras vota Deo soluit, Coelique potenti
 Regina, factumque canit per secla ferendum.
 Hinc qualis sed, Musa, animus? qua militis arma?
 Dic age, qua virtus fuerit, qua mens, studiumque,
 Ac pectus. vita accensus melioris amore
 Ardet, & Aethereo paulatim liquitur asu;
 Ac veluti Ceruus nemora inter Cressia, ferro
 Gnoisia cui biberint traiectum spicula pectus,
 Parthenios inter dira seu cuspide saltus
 Certa manus fixit Gephali, iaculique volucris

Ictu,

Ictu, laevis amat fontes, Idea fluenta,
 Egeldas sitibundus aquas, perniceque totos
 Transmittit cursu campos, cliuosaque saxo
 Rura serat multo, viuas abiturus ad undas;
 Tantus amor Coeli est, Diuini tantus & ignis
 Ardor, Coelestum tantaque beantia cure
 Consilia, & seu decedat sol Aethere ad Oras
 Hesperias, vesper surgatque obscurus Olympo,
 Seu matutinos excuscitet Hesperus ignes
 Toto inhians patrium suspirat pectore Olympum;
 Hunc amat, exardet, cupidus votoque fruendi,
 Complexu Summi que Dei, molimina secum
 Diua agitat, Sanctos animo meditat us Amores:
 Imperat ergo aliam sibi vitam, aliosque repente
 In melius versus mores: bellasse sub Orbis
 Vexillo hactenus, & Patria, meritumque scidisse
 Militiam, post hac Diuorum, hominumque Parenti,
 Bellandum solique Deo, vexilla Crucisque
 Alma sequi, fortesque alas, lectasque Cohortes
 Tenarios Herebi compellere munus in hostes:
 Et quia quod multum Patria debetur, abunde
 Soluitur, Aeterni Sancto si Regis Amore
 Armenius Ciues, Venetam primo descendit ad Urbem;
 Hic opus exorsum ducit, cum larga supellex
 Venditur, egrorumque fame partitur in usus;
 Cum tabe infectos, lethum morboque ferente
 Affatur solatus, amans extollere mentem
 Altumque hortatur, Coelumque, Deumque precari,
 Diuorumque inhiare Choros, Coetusque volantum
 Spirituum, superisque Oris assidere Ouantum;
 Cum pius extinctos, inhumatque corpora dorso
 Excipiens, prisca renouans monumenta Tobia,
 Deponit tumulo, sacro decoratque sepulchro;
 Heroum o animum, Caelo o laudabile coepit. m;

Iam

Iam mihi felices tanta hac quos semina foetus
 Despondent? Quam lata seges, quamq; aurea cornu
 Vbere messis erit? miles namque Aetheris alti,
 Ac fortis Ductor, Stygium nè solus in hostem
 Tartareas Ditisque acies, graneolentis Auerni
 Mōstraque perrūpat, socium legit agmen, obarmat,
 Instruit electum fideique umbone corusco;
 -Nempè omnes glomerat pueros, quos morte Parentū
 Desertos errare foro, ramosaque circum
 Compita, perque vias cursare, locosque patentes
 Aspexit, tennesq; unam deducit ad adem
 Pauperis hospitij, tectoque amplectitur uno;
 Educat hic sancto cultu, fideiq; minister
 Informes format mores, & pectora legis
 Erudit aeterna iussis, pura; beatum
 Mentis ebur, cordis niveiq; inspirat amorem;
 Hoc nihil Aethereo Domino, Regiq; Tonanti
 Carius, augustam pudibunda Virginis aluum
 Qui Templum legit quondam, cum missa per auras
 Progenies aquaua Patri, precordia Diua
 Arcano impleuit Verbo, Coelesteq; factu;
 Quin etiam, candore vacent si pectora, cara
 Esse nihil, quamuis mille effulgentia donis;
 Quamuis si, roseos oculus quot suspicit Orbes
 Ignibus, & pieti radiantia moenia Mundi;
 Quot Ioue nymbofo pluuia, quot ab Iride rores,
 Argentes Rhodopenque niues, glaciesque Borao
 Axe cadunt, viridi florent quot germina prato,
 Clorysque egeidam depingit honoribus Hyblam;
 Viuaces animos ornent, totq; inclyta dotes
 Corda beent, clarosq; intermicet alma colores
 Pallas, Acidalios pingant & lilia flores;
 Hinc ait, effusis precibus, votisq; rogandum,
 Non ut opes, aurumve arcas, animumq; fatiget,
 Pectore

Pectore sed niteat purus cardor; præcordia sensu
 Sed feriat viuace Deus, mollitaq; sacro
 Sole velut rapido, mens tota liquefcatur ab aflu;
 Hac hæc sunt studia, hæc vnus labor. Optime Ductor
 Aemiliane tuus, conscriptas agmine Gentes
 Auctorare Deo, lectamq; ad prælia pubem
 Tartareos fracturam hostes fulgentibus armis
 Instruere, hastiliq; nouas armare phalanges;
 Sed Patria ut factum satis est, Venetaq; solutum
 Vrbi, quod debet, visum fidasq; Cohortes
 Muniuiffe, alio turmas lecturus in agmen
 Dux sapiens disponit iter, Terraq; recedens
 Adriaca, Pataui Teucrorum transit ad Urbem
 Reliquias, profugi magnamq; Antenoris Vrnam;
 Hic nec signis agit; mentem namq; ignea flamma
 Regis habet Superi, refouetq; incendia rore;
 Hac urgent, sanctoq; operi, qua prouida adurunt
 Pectora, sufficiunt vires, facilemq; laboris
 Cursum suppeditant, felix omeng; ministrant;
 Milite sic Christi facto, scriptaq; bonorum
 Gente breui, Vicentinos mox pergit ad agros;
 Quo sed cumque pedes Ductor mouet optimus, inde
 Hincque animi dotes spargit, diffundit odorem
 Aethereum, Cælo Cælumq; beatus infert;
 Quid motor? hunc Cines, ipsa mirantur & Vrbes,
 Huic plausum dulcem faciunt, agerentq; choreas
 Mœnia, si possent, permices edere saltus
 Visa, solum grato pulsare sibiq; tumultu;
 Ipsa quoque officijs hominem complexa decoris
 Gens amat, electisq; suis Amor ipse suadet
 Quale Dei commendat, opus, properanteq; cursu
 Docta pios sequitur sua per vestigia gressus;
 At ille ut plausum refugit, laudemq; laborum
 Dux humilis, tremensq; sui sic dulcia miscet
Carmina

Carmina ; sic laudumq; Deo modulatur honores ;
 Nec patiens multiferi , dum totus in hostem
 Inuehitur , Gentiq; studet , publiq; legenda,
 Sape solum sapiens mutat , laturus opemq;
 Quantam cuique potest , Senonũ uegrandia Brẽni
 Nunc petit arua Ducis , vitrea quã cœrulus unda
 Diffluit , & syluis oneratus , & abiete crispa
 Precipitat , velociq; Athesis vada conscia Cymbra ;
 Nunc quã piscoso Mincij patre saxa Benaco
 Icta sonant , gelide lymphæ refluantq; , fluantq; ,
 Tranantumq; oculos inuitat amoribus Ora:
 Hic ubi dum pingues epulas , apponit & hospes
 Sedulus instructas mensas , pulchroq; paratu
 Crateras magnos statuit spumante Falerno
 Indoluit , secumq; ista , en Hieronymè , Christo
 Ingrate ò Fili , lautis assidere mensis
 Sic nè audes , tantoq; dapas attingere luxu ?
 Nec pudet Authoris vita vestigia nolle
 Sancta sequi , gressuq; suo componere gressus ?
 Cumq; famem , tuleritq; sitim Rex almus Olympi,
 Omnia quo Coelis Domino , Tellureq; fiunt ,
 Solq; Polo clarus lucet , cum scœnore sparsum
 Reddit ager semenq; suo , volucresq; canoras
 Qui pius enutrit , formosaq; lilia campi
 Veste tegit , quales Aphro nec murice Reges ,
 Nec Dauidiades spectandus vestit auro ;
 Tu tamen , heu scœdum facinus , crimenq; nefandũ ,
 Tu lautos audesq; cibos , dulceq; liquores
 Querere , compositis conuivia amareq; mensis ?
 Ah surge , hic quisquis dormis , somnoq; sepultam
 Excute vesanam mentem , nec tadeat artem
 Syderei tractare Ducis , Cœlestia signa
 Qui sequeris , paruoq; stude contentus in Orbe
 Fallacis vitæ fluxos traducere Soles ;

98 Heroicorum Carminum

Sic ait, ac spretis epulis, temptoq; Falerno
 Pellis fruge famem, siccaq; amentia faucis
 Labra leuat fontalis aqua vel parcior haustu;
 Scilicet hoc bellis proprium, quot adire pericla
 Nouerat inde pati tot vita incommoda, nasci
 Nec sine nube dies, unã & cum lampade Martem
 Efferrì, Martemq; graues spondere labores;
 Hunc bonus ut fieret bellantum in pralia Ductor,
 Esse bonus coepit miles, modicoq; deinceps
 Vfus pane famem, sitim aqua restringere, bello
 Arma satis valida, Harpyasq; potentia, Scyllas,
 Lethaasq; animas, totumq; domare Barathrum;
 Sic verò eximium nactus Caelo auspice robur
 Cenomanum tendit, diues quã foetus ab alto
 Vertice subiectos speculatur Brixia campos;
 Atque ibi dum Ciues auidos pugnacibus armis
 Tanarias vastare domos, Herebiq; silentis
 Inuisas animas, Ditemq; domare superbum,
 Inflamman Ducis ausa noui, fortissima virtus
 Pectora firma facit, quales nec Gracia vires
 Marte potens, Graio fortis nec diruta ab hoste
 Troia, nec Aemathio vidit Pellaus in agro:
 Nunc agè Bergomatum quanã deductus ad Urbẽ?
 Ardente ut Caelo flauentia demetist arua,
 Rustica qua debet pubes, quam noxia letho
 Abstulit atra lues, duro fera facta colono;
 Ut triplicem coetum cogit, tresq; agminis alas,
 Siue puellarem candenti pectore Turmam;
 Seu pueros fortes animo, fidamq; iuuentam;
 Foemineum seu molle genus, sed vincere certum,
 Sed cupidum dulcis palmę, scriptaq; Cohortis
 Signa ut Alexandro decernit digna Besozzo;
 Carpanumq; abiens abducit ut inde Leonem,
 Semideis carumq; Pio, Pauloq; Columnis
 Caelorum,

Coelorum, Fidei; solo, sancta; Ministris
 Christicola Genti Pacis, sociumq; laboris
 Admouet, & Larvas secum trahit hospes ad Oras;
 Ut sibi nulla quies operum, cessatio nulla,
 Sed voto plenus coaptasq; augere Phalanges,
 Et lectas armare acies, Herebiq; trocaces
 Insidias, turpesq; dolos, offensasq; docere;
 Insubrum ut petitis Gallorum promptus ad Vrbes,
 Quaq; fluit vitrea Ticinus pellucidus unda,
 Qua Mediolani surgunt inuicta; muris
 Oppida, vix Italum prospectent qualia fines;
 Ut pius effuso mira virtutis odore
 Utrobique, solumq; facit, Ciuesq; beatos;
 Donatos nummos, oblatum tenuit ut aurum
 Sfortiadum de Gente Ducis, paruumq; lacunar
 Esse ratus, tenuemq; sibi cum paupere cultu
 Sat victum, dum bella mouet, Ditemq; lateffit;
 Aetheris ut Gentem Domino conscribere pergit;
 Nec modo quos ensis, laudatq; volatilis hasta,
 Umbonem versare bonos, cristisq; micantem
 Ferre comis galeam, telo inuiolabile tegmen;
 Sed quorum est alios animandi ad praelia virtus,
 Vexilli qui signa ferant, qui classica bombo
 Alta sonent, lituos plectant, clangore tubeq;
 Bella, ferum Martemq; canant; Primosq; Helenosq;
 Gallosq; Aonia magnos, Latiaq; Minerva;
 Et Ganbarana Comites, quibus aurea Caeli
 Nomina fecit Auis, lecta & Victoria palmę
 Symbola, Tenarij spes certa, omenq; trophai,
 Ut curas fugiens Urbis, plausumq; frequentem,
 Rura petit deserta foro, sed grata Somascha
 Collibus apricis, syluasq; umbrantibus hortis;
 Rura, boant que lenis aqua muscosa fluente,
 Vndantesq; lacus, stabro mollesq; Fanonij

E 2 Perpetuo

Perpetuo exornant vere, æternumq; laborat
 E uiola Clorys sertum, pietasq; corollas,
 Luce decens, minicq; sinum, respersaq; cocco;
 Utq; ibi militia meliorem ponere partem
 Constituit, Campo Turmis bellantibus apto:
 Ut magis armatur ferro, teloq; minaci
 Virtutum, Ditiq; parat socialibus hastis,
 Lucifugis Monstrisq; necem, dirumq; frementi
 Encelado, Rhatoq; fero, vastoq; Typhæo;
 Annonam tenuem factis ut crescere votis
 Impetrat, & fructu gemino solatur egenum
 Agmen, confectamq; famis seuo impete Turmam.
 Sed longum faciam, perstringere singula metro
 Si sequar, inceptam seraq; coronide, florum
 Vix textu videar tantoq; expleffe corollam;
 Ergò liget Vates sertum, violasq; retextas
 Callope retrahat, primisq; nouissima necet;
 Nigrantes dum Marte domos, Manesq; profundos
 Tartareum vexatq; Chaos, dum totus ad arma
 Prosilis, in Stygias urgetq; Hieronymus hastas
 Inuictam, lectamq; manum, durosq; labores
 Dux almus patitur, (potiunde gloria prada
 Namque agit,) intrepida prælectis ante Magistris
 Militia, Fidei summis protectus & armis
 Ad mortem trahitur, Nature fataq; soluens
 Elatis altumq; oculis, manibusq; supinis
 Orbe abit, & supero palmis ornatur Olympo.
 Salue ò Sydereo Dux, & Pater optime Cælo
 Diuorum quem læta Cohors, Pubesq; volantium
 Spirituum, casteq; anima, famulaq; Volucres
 Excipiunt Summi Regis, thalamoq; reponunt
 Astrigero, celsaq; Poli melioris in Aula;
 Cui mastū non rauca sonant iam tympana Martè,
 Classica nec læuo reboant, sed dulcius acta

Blan-

Blanditur Testudo sonis, Diva^q; Camœna
 Multifores inflant calamos, Cytharas^q; fides^q;
 Tinnula^q; aurisonis plectunt crepitantia nodis;
 Cui nec bella dehinc, tranquilla sed otia mentis
 Perpetuam spondent pacem, viola^q; Tonantis,
 Elysia præstant^q; rosa inuiolabile sertum;
 Salve anima o felix, salve facta Aetheris hospes,
 Atque age bellorum curis iam tuta quiesce,
 Huc tamen, huc clemens oculos Hieronyme flecte,
 Collectum studio^q; tuo, vestigia Coetum
 Ardentem, gressusque tuos, tibi vota, prece squè
 Despice fundentem; cœptoque in Marte precamur,
 Affer opem, Natosque iuua Pater, atque Clientes;
 Salve iterum, & rursus salve, atq; in secula salve.

ACADEMICORVM GENEROSORVM

Principi, Philippo Molino Patritio
 Veneto Nereidum Gratulatio.

Doris. Tethys. Cymothoe. Xantho.

D^o: Quò gressum fecere animi felicia uota,
 Vota, ciet que fama recens, felicibus orsis
 E merita nouus inspirat Princepsque curali.
 Huc vetù Nympha est; celeres Neptunia Regna
 Cœruleos tractusque maris, camposq; liquentes,
 Vicimus, Adriacas propereq; ad nauimus undas:

T^{et}: Sic habet; en Urbis Venetù noua mœnia, sedes
 Fluctibus è medijs erecta tridente potentis;
 Urbis, cuius amans per amœnæ fontibus Ida
 Alma vale Cyprigna Venus, ferturq; Cytheris,
 Ac veteri dixisse Papho, scissisque natatu
 Undis, descendisse Adriani litoris Oras:

Cy: Ergò quies hic dāda via est? suspendere gressum
 Et iuuat, & libet, optata successimus Vrbi;
 Vrbi, Tarpeias qua vincit honoribus Arces;
 Vrbi, qua lux est Italum, decor omnis & Orbis;
 Vrbi, tota nitet qua luce smillima Coelo;
 Heroi hic nostro quidni vulgemus amorem?

Xan: Rem laudo, & patrijs quando secedere Regnis
 Huc ideo visum est, stagna altaq; mille profunda
 Verrere, per seua Oceani discrimina, carmen
 Dulcè repercussio fiat laudabile plectro,
 Et laudes tenui meditetur arundine Musa;
 Post laudes meriti mox pignora dentur amoris:

Do: Sic fiet fieriq; libet concordibus eia
 Heroem modulis sublimè per astra sorores.
 Mecum fertè, leues nec dicite laudis honores:

Salue Heros, inuisite Heros, meritissime salue;
 Nascenti cui luce decens Latoia fauic,
 Auspicijsquè serena bonis toto aurea Coelo
 Sydera læta tulit, Terris tranquillaquè pace,
 Et Duce quo Venetis Saturnia Regna recepit,
 Cui puero Charites lusere ad plectra Choreas,
 Nympharū genus omne, potēs atq; egide Pallas
 Affuit, & diuina Venus, Coelumquè tenigno
 Sydere prædixisse reat felicius euum;
 Verior o utinam æternet te purpura Regem:

Te: Heroem o Princeps decori decor addite salue;
 Infanti cui prima dedit manuscula Tellus,
 Ridentēq; ederā, & passim cū bacchare myrtos,
 Pallentes violas, albenti lilia crine,
 Hybleas ardente rosas, vaccinia nigro,
 Lut eolo

Luteolo calthas, & germina fudit anethi ;
 Cui niveum resperfa sinum Zephyritis amotho ,
 Mollia millena stravit cunabula flore
 Cudere visa nouos sic aurea secla metallo ;
 Verior ò utinam aternet te purpura Regem :

Cy: Magnè Heros animis, Heros lectissime saluè:
 Aequora cui lapsu facili risere tenello,
 Et tranquillatè Zephyris mulcensibus undè;
 Monstra maris posuere suos cui carula fasces,
 Trux pelago Nereus, squallèsq; in vertice Phorcus
 Canis, & varia famosus imagine Proteus ;
 Cui pater Hyppotades ventos, saturnius undas
 Submasere, genu proiecit & Amphitrito,
 Sydera portendens claro lucentia penso ;
 Verior ò utinam aternet te purpura Regem :

Xan: Digne Heros, Heroù Heros amor unica saluè,
 Cui tristes non ulla sonos Elegia eubanti,
 Flebile nec carmen fecit, modulata canoro
 Lesbium sed turba, choris aptissima plectro
 Vatribus è vitreo lymphis qua fonte petitis
 Ora rigat, cantumquè docet, latissima vocum
 Alternante melo nouit benè carmina, dulcis
 Neniolaq; genus, suaviora hoc murmure somnas,
 Felices testata dies sic nobilis aui;
 Verior ò utinam æternet te purpura Regem :

Do: Molinè Princeps sobolis sate sanguine claro,
 Altus aui, proavisquè dies, & prole parentum
 Qui puer egisti, primas natalis & horas ;
 Què magni genuere Patres, Adrèq; per omnes
 Famam vulgauere Vrbes, ut nomine fama
 Cresceret, & nomen contresceret aspice fama,

Quem cepit gremio confectum Regia Tellus,
Regumque excipier genitum Tellure decebat;
Verior ò utinam æternet te purpura Regem:

Te: Magne Heros, Heroum Heros lectissime salve,
Qui patrium sortite decus, clarisque superbium
Mille Genus titulis, & auita laude tuorum,
Non sat stirpis habens largitos semine honores,
Altior è nido efferris pernixe volatu;
Teque super, vectusque tuos conamine multo
Alarum, sublimè volans Ideus ut ales,
Altum tendis iter, Cœloque incepta probante
Virtutum celso sternis tibi culmine nidos;
Verior ò utinam æternet te purpura Regem:

Cy: Quale virens crescit procero vertice Pinus
Crispatis latè folijs, perque Aethera tensis
In conum ramis, ingentes explicat umbras,
Membraque laxanti placiturum lituus opacat;
Sic tua te Patrium soboles clarissima Cœlo
Astollit Princeps, Minoi fama Theantis,
Quaque minor Læda domus, cui stēmata crebris
Laudibus inuideant passim iactata Creontis;
Verior ò utinam æternet te purpura Regem:

Xan: Qualis ubi tepide genitabilis impetus aurg
Spirat Vere noua, violas mille inter, odoras
Mille inter fœtus, Cythereo tincta cruore
Præcellit rosa nata recens, & gratior halat;
Sic te mille tuos inter, quibus aurea virtus
Respergit roseo, viola vel pepla colore,
Mentis odor præfert, halas sic dulcè, videris
Et flamen spirare aura benè olentius omni;
Verior ò utinam æternet te purpura Regem:

D o:

Do: *Salve Heros, inuicte Heros, meritissime salve;*
Cuius ut uberior celebrantis gloria laude,
Et laudante foret, vita genus edidit equè
Insegrum, ac clarum, nullo variabile seclor;
O mihi si Proceres liceat, Patresq; referre,
Purpureos Patres, ostrisq; nitore micantes,
Eloquia insignes, factisq; si deq; decoros,
Copia quanta esset? sed nescia dicere lingua est;
In tua tu centum mereas praconia voces;
Verior o utinam aeternet te purpura Regem:

Te: *Heroum o Princeps decori decor addite Salve;*
Cuius in aethereo lucent quot sydera tractu,
Aequora quot clarent conchis, quot letus aristis
Flauet ager, quot ridentem Zephyritida flores
Vere tepente ornant, totidem virtutibus aucta
Mens nitet; o dotes animi perfringere cantu,
Diuinas o detur opes, caelestia dona,
Gratia quanta foret? ruis tota sed obriget oris;
Nec tua centena recitant encomia lingue;
Verior o utinam aeternet te purpura Regem:

Cy: *Alma puellares ut Sole sub aquoramerso,*
Diuu vehit Dictynna choros, argentea bigis,
Et vaga stellato Coeli regit agmina gyro,
Omni splendidior sumq; emicat Hesperus astror;
Sic Malina domus Veneta splendet in Vrbe,
Lumenq; Adriacas rutilum dispergit in Oras;
Sic ouat Heroum radiata face, unus e igne
Heroas sic mille inter naues Hesperus ardes;
Verior o utinam aeternet te purpura Regem:

Xan: *Nunquam non feruens radijs ut Delius ora*
Vel ferat Eoo, flammisq; liquentia lustrer

E s Sentina

*Semina, & alatis laxet flagrantia lora,
 Dum Caelo ardentem profert Canis ignea fauces,
 Plus tamen exardet, grauiusq; accendit Olympū,
 Vel tua sic Veneta stirps usq; eluxerit Vrbi,
 Vrbi nec solum, sed clara eluxerit Orbi,
 Te genito quasi visa nouo est splendentior aëtro;
 Verior ò utinam aternet te purpura Regem:*

*Do: Iam satis in voces itum est, Heliconia Phœbi
 Ire Cohors ut docta dedit, suspendite Nymphæ
 Carmen, & interea fiant pro carmine dona.*

*Te: Pareat amor monitis; suspendimus, offer amoris
 Signa tui, nostri max signa sequentur amoris;*

*Do: En tibi, quas medijs Princeps studiosior undis
 Albentes legi concharum germina, baccas,
 Et maris Eoas gemmas, redimicula collo
 E quibus innectas; munus leue, non leue amantis
 Dorydis at pignus; tu qualia cumque feruntur
 Dona, libens cape, nec rerum metire minorum
 Pondus vile Heros, animi sed celsior alis,
 Nympha pede animū, flāmā sed pendito amoris,
 Et viue oblati, meliori sorte beandus;*

*Te: Ast ego nec conchas legi, nec littore baccas,
 Quas dono ferrem, legi vasa aurea, signis
 Aspera, coelatas pateras pictisq; figuris,
 Cærulei quales inter conuiuia Regis
 Prælo uua domitæ vino spumante coronant;
 Hac tibi iam pridem Princeps Meritissime dona
 Debita fert Tethys, mentis testantia amorem;
 Fronte hylari largita libens eâ accipe, multo
 Hist; oculis melicra tibi promitte serenis;*

Cy:

Cy: *Ecquid ego Princeps? non auro assueta legendo,
Nec conchis assueta, tibi pro diuite concha,
Proq; auro, calathis fero rubra Corallia plenis;
Qualia mane nouo molli Venus aurea dextra
In placidis assuescit aquis, Garamantide gemma,
Prefulgens nitidis variatq; mquile corallis;
Nè sperne exiguum munus, si plura liceret,
Cymothoe tibi plura daret; sed reddit amorem,
Hoc fructu, & maiora breui solatia speres;*

Xan: *Sola ego, qua soluã Princeps tibi dona, sup sum;
Pauperior leuora feram, crystallina saxa,
Et Boreę gelido concretas impete lymphas;
Villa, mira tamen felicitis sub tegmine Xantho
Elargitur aquas, quales non syrius axis,
Non etas tenuabit edax; ne despice Nymphę,
Qualia cumque dicet, munus; potiora licebit
Si quando, deuota feret; tu collige Amantem,
Cæsaris & Tyrio uiue exornabilis ostro:*

Do: *Et dona, & cãtum dedimus, iã littora tempus
Est regredi, patrias iterumque appellere sedes;
Ite, parate viam: tu sed tamen optime Princeps
Vel prope non dabitur, longũ quas diuidet equor,
Esse, menor nostrique esto, tecumque reserua,
Tote animo qua tecum erimus, sic pergeq; ceptum,
Est ut iter, felixque aureo donabere seculo,
Verior ò utinam eternet te purpura Regem.*

Finis Libri Primĩ.

E V A N G E L I S T A

Corsonius Cler. Reg. Cong.

Somaschæ studioso

Lectori S.

AD ductus eorum consilio, & authoritate, quorum vel ipsi nutus præcepti apud me locum tenent, secundo huic libro Reuer. Patris Christophori Finotti, breues quasdam meas addidi notationes; quas hic appositas scias, velim, non quod vllam mihi tribui commendationem, ac laudem postulem, neque quòd de te ipso diffidam, quin valeas eadem illa, quæ ego in hæc Emblemata adnotaui, studio tuo, & industria multò facilius, & copiosius adnotare; sed vt aliorum, qui tuis semper commodis consulunt, ac inuigilant, duntaxat iussis parerem. Breuiter verò omnia perstrinxi, ac
leuiter

leuiter solum attigi, tum nè per locos communes expatiarer, qui parum, aut nihil ad rem nostram pertinerent; tum etiam ne longiori verborum circuitu de tua viderer rerum peritiã dubitare; scio enim intelligentibus pauca admodum necessaria esse, tibiq; inuuisse ea me, satis esse, quæ imperito cupiam opus esset multis exponere. Læta igitur fronte lucubratiunculas hæc meas accipito, qualescumque illæ sint, Lector Humanissime; quæquæ ego ipse consilio prætermisi, tua vnus causa fuisse à me prætermissa putato. Vale.



110
CHRISTOPHORI
FINOTTI VENETI

Cler. Reg. Cong. Somaſchæ.

EMBLEMATVM
LIBER SECVNDVS.

*In Aſſumptionem Beatae Mariae
Virginis.*

Mulier amiſta Sole.

Emblema I.



HIC videtur è niſeo ſcintillat pectore flamma,
Et Phœbo facies vibrat amiſta faces,

Quæ

Qua pictoquæ comas crinitur lampad: Cœlo,
Lambit eburneolum cernua Diua pedem;
Auro nec vident, viridi nec tempora sero,
Ardent sed roseis sena bis astra comis:
Alma Venus Cœli est, Dij Venus aurea Amoris,
O qualis toto diffluit ore decor?
Sic pergit, tacitasquæ faces molitur Amanti:
Vret, quid faciet sed populata Deum?

HOc Emblemata ex D. Ioan. Apoc. 12. sum-
 ptum est. Mulier amicta Sole, & Luna
 sub pedibus eius, & in capite eius Corona stel-
 larum duodecim; quibus verbis quamuis Au-
 gust. significari vult Ecclesiam, D. tamen
 Hier. in enarrat. in Psal. 142. intelligi sentit
 Beatam Virginem, cum quo D. Ber. ser. 7. in
 Verb. Apo. qui non solum Beatam Virginem
 inquit significari, sed & causas, quamobrem
 Maria fuerit amicta sole, subiungit. Primò,
 inquit, ob singularem clementiam in bonos,
 & malos, sicut Sol oritur super iustos, & iniu-
 stos; 2. ob perfectum, & stabilem virtutum
 Virginis splendorem; 3. & vltimo quia Spi-
 ritus sanctus ei superuenit, qui Sol est splen-
 didissimus. Idem sensere Ambr. Haymo, Ce-
 lsius Pan. & alij plerique.



Mulierem

Mulierem fortem quis inueniet ?

Emblema I I.

Quænam Fœminea latitat sub imagine virtus ?
 Inter Cœlestes Fœmina habenda Deas ;
 Nec calathis edocta manus, nec comereserta,
 Mollia nec gracili stamina nere colo,
 Arma ferox inter strictos tractare sed enses,
 Ac petere insticto vulnere sepè sinum ;
 Quàm fortis Dea, Sydereo qua sisseris Orbe,
 Virtus in facie Virginis altà latet ;
 Assueta an calathis, an molli dextera penso ?
 Iacto corda Dei Diua sed'ense feris.

Apparet tractum hoc esse ex Salom. in
 Prou. c. 31. cuius hæc sunt verba. Mulie-
 rem fortem quis inueniet ? procul & de vlti-
 mis finibus pretium eius, quæ D. Hier. tom. 7.
 in Cap. eodem exponit de Eccl. Cath. Author
 verò cum D. Bern. Hom. 2. super Missus est
 de B. Virgine. hæc est enim, de qua dicitur,
 Cant. 4. mille Clypei pendent ex ea, omnis ar-
 matura fortium, & alibi. Terribilis vt castro-
 rum acies ordinata.



Rust

Ruth Moabitis.

E M B L E M A III.

Pinguibus è factu Moabitis oberrat aruis,
 Oblita & stipulis hordea Messe legit;
 Visa placet Domino, sed facta decentior ore,
 Dùm rubet, en alias sufficit igne facès;
 Crescit amor, petiturque toro, Sponsalibus Hymen
 Castus adest, Domine deliciasque facit;
 Sed quidni? sic Diva solo legis aurea messem,
 Insidijsque Deum pulchrior ore petis;
 Vidit Amans, arsitque simul, quam deperit astris,
 At thalami sociam iam facit ire Deam.

Diffusè refertur hæc Historia in lib. Ruth. cap. 1. 2. 3. quare vt hic apponatur, necesse non est; Quoniam verò Ruth Moabitis est typus Ecclesiæ, quæ Christi Domini facta est sponsa, sicuti fuit illa Booz; referente Ambrosio lib. ad Gratianum cap. 1. idcirco Ruth Historia ab Authore ad Beatam Virginem translata est, quòd ea, quæ còveniunt Ecclesiæ, dici etiam de B. Virgine facillime possunt.



Label.

Iahel.

EMBLEMA IV.

Territus arcano Iabin Dux impete Coeli
 Credita Castra fugit, tecta Iahelq; petit;
 Se ratus exemptum posito sed tegmine letho,
 Saue foeminea deditur arte neci;
 Protinus iniecto terebrantur tempora telo,
 Palmaq; Victricis, gloria tota sua est:
 Sens pia quidni astus rides, & Damonis arma?
 Dum telo petitur, Virginis arte perit;
 Exornat hoc Caelo Victrix, felicibus Oris,
 Praemia fert meritis & Dea digna suis.

Iahelis Historia habetur in lib. Iudicum cap.
 4. consulto igitur illam praetereo. Sciendum
 est autem in hoc Emblemate Authorem no-
 strum illud Gen. c. 3. respexisse. Ipsa conteret ca-
 put tuum, quemadmodum enim Iahel Sisarae
 Ducis Iabin caput clavo confodit, sic B. Virgo
 testibus Hieronym. Greg. Rup. alijsque com-
 pluribus Patribus Daemonis Caput contriuit.



Iudith.

Iudith.

E M B L E M A V.

Ingentes hic pende animos, est conscia vinci,
 Victricisq; tamen Foemina signa refert;
 E Castris festiva redit, caput abscidit ense,
 Insidiata neci Diva deditque Ducem;
 Cerne, hylaris Pœana canit Gens obuia gressu,
 Iudith & aterna præmia laudis habet:
 At Dea cum niveis Coelos prætervolat alis,
 Quale canit palma conscia Turba Dea?
 Ut Pœana dedit, super Astra Hymenæa frequentat;
 Sic agè quid? Victrix talia Virgo petit.

Petitum hoc est ex libro, cui titulus Iudith,
 quæ lectissima Foemina à B. Hieronym. in
 epist. ad Saluinam, alijsque multis Patribus
 prò Beata Virgine per Allegoriam accipitur,
 eadem prorsus ratione, quæ de Iahela comme-
 morata est, quòd caput videlicet abscidit illius
 Holofernus, qui nostram omnium perniciem,
 & exitium inhiabat.



Mulier

Mulier Thecuitis.

E M B L E M A VI.

Percita Ieffai bñe ardent viscera Regis,
 Fataquè mens Geniti fraude reperta dolet.
 Vim iubet immitem, Thecuis sed temperat astum,
 Fatur, & ultrices disperiere mine;
 Subdola fraude capit, Nato lacemquè poposcit.
 Annuit, orantis vota libensquè facit;
 At tibi Cœlorum risit Dea Grátia Regis,
 Quæ unga sydereas pergis orando vias;
 Incede, & medicis leni aurea votibus iram,
 Annuis, inde salus, abnuis, occidimus.

Perita est hæc Historia ex secūdo Reg. cap. 14. vbi videre licet Thecuitem Mulierem iussu Ioab Principis pro salute Absalonis ad Regem David accessisse, eiquè veniam, vnâ cum vita impetrasse. Thecuitis hæc Mulier, vt apparet in Emblemate, typum gessit B. Virginis, quæ Peccatorum vnicum est, ac salutare per fugium, quæquè vt Ephrem Syrus aiebat in orat. ad Virg. Vallum est omnium Christi fidelium, quinimmò commue Mundi propitiatorium.



Phœ.

Phœnix.

E M B L E M A VII.

A Les Niliacis longaua perennat in Oris,
 Qua rediuiua cadit, nec nisi spontè cadit;
 Funeris una sibi, una sibi vitaquè ministra,
 Flamma necis, vita flammaquè sternit iter;
 Vritur accensis concepto è flamine lignis,
 Pulchrior igne comas sed renouata volat:
 Languentem sic finge Deam, populabitur igne,
 Et cadet extructis pallida Virgo rogis;
 Illicet at roseo ridet splendentior ore,
 Quò palmamquè ferat, nec recidiua salit.

DE Phœnice Aristoteles in lib. de Histor. Anim. & Plinius libr. 10. cap. 2. quorum authoritate, aliorumquè quamplurium, vt Ambrosii, Iactantij, Petri Berchorij, &c. Phœnicis auis est vnica diutissime viuens, hoc est mille annis, vt placet Ausonio.

Nec quia mille annis viuuit Gangeticus Ales. & Lactantio Firmiano. Quæ postquam vitæ iam mille peregerit annos.

Hæc verò cū sentit naturæ suæ defectum instare, ad Solis radios cōstructum ex thure, cedro, aliisque lignis odoriferis rogam ascendit, qui mox accensus feruore Solis Phœnicem comburit, ex cuius cinere vermiculus nascitur, qui alis resumptis in auem pristinam reformatur. Hæc auis licet à Berchorio lib. 7. Reduct. Moralium. c. 33. fumatur pro Christo, non inuenuste tamen etiam B. V. Symbolum esse poterit; est. n. hæc, de qua dicitur. Cant. 4. Quæ est ista, quæ ascendit sicut Virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris?

Endy-

Endymion dormiens.

E M B L E M A V I I I.

L Atmius in gracili cubat Heros cespite, fessos
 Tranquillatque artus lenta sopore quies,
 Lenta, oculis sed grata quies, qua dulcia Amantis
 Oscula, in expertas ante tulitque faces;
 Quidni s; dereo Deus Axe quiescere, quidni
 Dicatur Superis otia habere toris?
 Ecce oculis, sed Diva faces iaculatur Amanti,
 Bassa delitijs plena fluuntque suis.

R Eor id sumptū esse ex Theocrito. Aegloga tertia, & Cicerone lib. 1. Tuscu. quaest. qui perpetuò dormiētē Endymionē in Latmo Cariae monte à Luna adamatum finxerūt oscula Lunę accepisse, neque vnquam experrectum fuisse; quā fabulā Iulius Camillus in lib. Idearū repertam à symbolicis illis Theologis asserit, sed innuēdum, quāta insit rebus Cęlestibus appetentia, ut nostra cum anima coniungantur, eiusque suavissimis tandem osculis perfruantur. Nō indecorē tamen Author in hoc Embl. Lunam, quæ Endymionem osculatur imaginē esse voluit B. Vir. quę pulchra est ut Luna Cāt. 6. Endymionem verò dormientem symbolum esse Dei, qui de se ipso dicit Cant. 5. Ego dormio; quique tantopere exarsit B. Vir. oscula, ut eam ad osculandum sæpissimè inuitarit, Osculetur me osculo Qris sui, Cant. 1.

Mete

*Mercurius qui donat Dianæ
gemmatam uestem.*

EMBLEM A IX.

Ardet Atlantiades, animique incendia perfecti,
Ac Trivia roseum deperit igne decus;
Dumquæ suæ quarit dare pignora Amoris Amanti,
Baccatę clamidis gemmea dona facit:
Indue gemmatam Cœlis Virgo aurea pallam,
Oblatum tenero syrma fluatquæ pedi;
Hoc tibi Cœlestis gratum, Dea, pignus Amoris,
Sponsa quæ dum fueris, pignus Amantis erit.

Hanc fabulam retulit ex Græco Iulius Camillus in suo Theatro, quæ transfigurationem (inquit) hominis, aut secundum corpus, aut secundum mentem, videtur significare, fortasse respiciens dictum illud Pauli ad Eph. 4. Induite vos nouum hominẽ, qui secundũ Deũ creatus est. At verò noster Authbr Mercuriũ, qui nuda castissimæ Dianæ membra protexit, opinatur fuisse Deum, qui rediuuiam Virginẽ Matrem vltra Cœlestes Orbes euectã, hoc quasi quodam Epithalamio excepit, Veni de Libano Sponsa mea, veni de Libano, coronaberis, Cant. 4. quæ Deo copulata, Astitit à dextris eius in uestitu deaurato, circumdata varietate, Psalm. 44.

Virgo

*Virgo cum Vase odorifero inter
alias Puellas .*

E M B L E M A X.

Hic cerne in medijs Virgo eminent alma Puellis
*Pulchra, nitensq; oculis, lata rubesq. genis,
 Largior & pleno de Vase ministrat odores,
 Officiosa aliis, deliciosa sibi;
 An fallor? Diua est, Cœli Dea, Sponsa Tonantis,
 Vertice diuinis altior vna Choris,
 Dulcè Polo Diuas hæc inter odoribus halat,
 Hæc Nardi redolet gratior imbre Deo.*

Iulius Camillus in suo Theatro huius Virgi-
 nis statuam Vase vndequaue diffundentis
 odorem repertam asserit Romę in quodã an-
 tro: qua præclara cuiusquẽ facinora, vbiq; Ter-
 rarũ diuulgata significari existimat; ex quo tra-
 ctum suspicor hoc Emblemata, nam Virgo odo-
 rem diffundens venustissimè typus Beatæ Vir-
 ginis esse potest; hæc est enim Cant. 3. de qua
 dicitur. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum,
 sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, &
 Thuris? vbi Hieronym. Nimirum, quia Beata
 Virgo multis erat repleta virtutum odoribus,
 manans ex ea fragrabat suauissimus odor, etiã
 Spiritibus Angelicis admirandus.



Demo-

Demophoon amplexus Amygdalum.

EMBLEMA XI.

V*T* *Ernis exuerat folijs se Phyllidis Arbor,*
Sic testis Domina fida futura suę ;
Se tamen ut cari tetigit complexus Amantis ;
O quales Cœlo protulit alta comas ?
Et Dea lethali languebat victa sopore,
Virgo mœsta oculis, pallida Virgo genis,
Se ferijt Cœlestis Amor, speciosa resurgit,
Induit aternas & rediuiua comas.

N Arratur hæc fabula ab Ouidio in epi. 2. quam attigit etiam Virgilius Aegloga 5. conueniētissimè verò Beatæ Virgini, illiusq; sponso Christo accommodatur; sicut. n. Phyllis Demophoontem à se discedentē deprecabatur, vt celerius, quàm fieri posset, ad se rediret, atq; illo diutius reditum retardâte, nimio dolore conficiebatur, tandēq; mortua in Amygdalum arborem sine folijs conuersa est, & paulo post Demophoontis amplexu folia, ac fructus emisit; sic B. Virgo cum à se discedentem sponsum, aspexisset, Bernardo teste libr. 2. in Cant. eū alloquuta est, Reuertere, similis esto dilectæ mi Capræ, hinnuloq; Ceruorum, quocum diutius careret, cupiebat, inquit idem Bernardus, dissolui, & esse cum Sponso, quin & Dilecti absentia languebat amore, demumq; mortua velut altera amygdalus folijs decoris sui, ac pulchritudinis spoliata videbatur; paulo post tamē à Cœlesti Demophoonte, Dei videlicet virtute amplexata reuincens, velut Amygdalus floruit, atque ad sphæras Cœlorum omnes penetrauit.

R *Tener*

Teucer exul.

E M B L E M A X I I .

Pellitur à Patria Princeps Salaminus Vrbe,
 Roboris exilium premia datque Duci;
 Letus abit, sedemq; alia Tellure reponit,
 Et cecidisse inquit, non cecidisse fuit;
 Verius ò Virgo quam dixeris aurea, soli
 Hoc periſſe, fuit non periſſe mihi?
 Vulnere mors ferijt, virtus ſed vulnere creuit,
 Cœliq; interitu fortior aſtra petis.

Non me latet Historiam Teucris ex va-
 rijs Authoribus peti poſſe. Certe Ho-
 merus multa egit de Teucro in ſua Iliade. Ju-
 ſtinus quoque lib. 44. & Horatius lib. 1. Carm.
 Ode. 7. ex quo præcipuè reor Authorem no-
 ſtrum Historiam hanc decerpiſſe; compara-
 tur enim, vt videre eſt, lætitia Teucris ob exi-
 lium ſuum à Patria, Beatiffimę Virginis gau-
 dio, quæ moriens vitam aſſecuta eſt ſempiter-
 nam, quamobrem iure optimo cum Paulo
 Apoſt. dicere potuij. Mihi viuere Chriſtus
 eſt, & mori lucrum ad Philippenſes cap. 1.

*Teſtudo*

Testudo Cunilam comedens.

E M B L E M A XIII.

Viperis Testudo libens euescitur escis,
 Nec dulces alias malit habere dapes;
 Nè tamen iniecto pereat vitiata veneno,
 In virus medicam Cunila prabet opem;
 Virginea hoc munus Diua; nil lumine laesa
 Occiduo facie languet ephaba toro;
 Arma venenatis iecit Mors improba telis;
 Coelestis medica restitit ignis ope;
 Quàm benè res secum gesta est, virgo occidit, una
 Fert tamen innocuo lumine Diua decus.

EX Arist.lib.9.de Hist. Anim.cap. 6. extra-
 ctum hoc reperi, vbi sic habetur. Testu-
 do cum viperam ederit, mox Cunilam edit,
 quod cum factum sepius animaduertisset qui-
 dam, vt gustata Cunila Viperam Testudo re-
 peteret, herbam conuulsit, quo facto Testudo
 interiit. Eiusdem rei meminit etiam Idem
 Arist.in libello de Admir. Audit. Plinius quo-
 què de virtutibus Cunilæ lib. 29. cap. 16. ac
 Diosc. multa egerunt; qua Historia nullum
 mortis incommodum passam esse Beatam
 Virginem Author noster significat, licet na-
 turæ iura moriendo persoluerit; diuina enim
 virtute tanquam ope cuiusdam Cunilæ nullã
 sensit sui corporis corruptionem; quod præ-
 sentiens afflatu diuino Psalmographus, ait;
 Non dabis sanctum tuum videre corruptio-
 nẽ. Quæ verba Damascenus exponit de B. V.
 inquit enim. Sacrum corpus tuum venerabili
 in sepulchro ponitur, sed nõ est relicta anima
 tua in inferno; nec caro tua vidit corruptionẽ.

Templum Diomedis.

EMBLEMA XIII.

Ardua qua sedes? Templū est; Cui ponitur Ara?
 Facta Ioui; Cuius sed? Diomedis opus.
 Cur circū Volucres? seruāt; quid murmurat aura?
 Turba canit; Cantus causa qua? Achiva Cohors.
 Clarum quid video? Cœlum est; cui ponitur Axis?
 Ille Deo; Cuius sed? Genitoris opus.
 Qui vernāt Volucres? Diui; quid murmura Cœlo?
 Garrit Turba; Modos cui facit illa? Deę.
 Hac Dea qua? Virgo; Quid nomine Virginis? una
 Casta Deiq; Parens Sponsaq; casta Dei.

Huius Templi meminit Arist. in libello de Admirandis Audit. vbi sic legi: In Insula Diomedea mirabile, diuinumquē Diomedis delubrū inesse legitur, circa quod aues in circulo versari, magnitudinæ quidem præstantes, rostris autem longissimis, durissimisq; quæ Græcis tantum ad eum locum aduentantibus adulantur. Quæ res ansam præbuit Authori nostro elegantissimo hoc Emblemate declarandi, quanta fuerit Beata Virgine ultra Cœlorum sphaeras præter uesta Cœlestium Volucrum hoc est Angelorum Lætitia; quàm singularem ac propemodum incredibilem fuisse credi potest, Hieron. teste in epis. ad Paulam, & Eustochium, qui sic ait. Credendum est militiam Cœlorum cum suis Agminibus festiuè obuiam venisse Genitrici Dei, eamq; ingenti lumine circumfulsisse, & vsq; ad Thronum sibi etiam ante Mundi constitutionem paratum cum Laudibus, & Canicis spiritualibus perduxisse.

Actna

Aetna Mons .

E M B L E M A X V .

Mvlciber Aetnae spiret vel faucibus ignes,
 Hac parte egelidas cerne virere rosas,
 Et violis florere solum gemmantibus, ollis
 Sed nec odoratas ladier igne comas,
 Vertagus hic quandoque haret delusus odore,
 Falsaque compefcit prada reperta pedes.
 Ab te prada tenet Virgo, ni fallimur, astris
 Non tamen illa leuis, fictaue, vera tenet,
 Dulce exardet Amor, violisq; rosaria miscet,
 Hinc frueris viola, pascere inde rosa.

E Mbl. huius fides est apud multos, vt apud Sol. Isid. & alios; suspicor tamen petita esse precipue ab Arist. in lib. de Admir. Audit. vbi sic. Sicilię mons est, Aetna nomine, in quo antrum quoddam inesse traditur, in cuius circuitu certorum florum ingentem copiam omnibus anni temporibus innatam esse asserunt, quãobrem Venatores, cum canes ab odore deuicti fuerint, leporũ vestigia insectari nequeunt. Quo Emb. miro quodam artificio video Authorem voluisse B. Virginem Vertago comparari facta allusione ad illud Can. c. 2. Surgã, & circuibõ Ciuitatẽ per vicos, & plateas, quãram, quem diligit anima mea, quãsiui illum, & non inueni, paululum cum pertransissem, inueni quem diligit anima mea, tenui eũ nec dimittam. & c. En qui Vertagus fuerit B. Virgo, quã nũc temporis facta prãda Beatissima in Cœlo perfruitur.

*Navis præteruectâ Columnas
Herculis.*

EMBLEMA XVI.

Vlterius nota claudit iter, nõ aquora queret
*Navita, in incertis ut spatietur aquis,
 Hesperie tamen ausa ratis clarissima Terra,
 Vlterius vetito qua sibi fecit iter;
 Virgo ratis, diuina ratis de robore Cœli,
 Aurea syderei verticis astra terit,
 Iam vetitum fuit Axis iter, regina sed Orbis
 Arcetur nullis Sponsa Tonantis aquis.*

Olim fuit in Prouerbio, quæ ultra Gades
 inaccessa: quod significabatur, ultra colū
 nas Hercules non esse progrediendū; cuius rei
 Pindarus Author fuit in Nemeis, & in Olym
 pijs hymno 3. meminitq; Herac. Ponticus in
 Allegorijs Homeri, & D. Gregorius Na
 zianzenus in Monodia, quamuis & Aristote
 le in lib. de Admir. Aud. Navis Phœnicū, qui
 apud Gaditā incolunt, vltra progressa fuerit,
 & recētioribus Historicis referentibus Chri
 stophori Colūbi navis ad ignotas vsq; oras In
 diæ penetrarit. Quæ Naues Symbolum fue
 runt B. Virginis, quæ Navis est Institoris de
 longe portans panem, hoc est Christum; quæ
 quæ iam Cœlestem ad portum ducta æterna
 fruitur, ac felicissima statione.

Fons

Fons Olei.

EMBLEMA XVII.

Finge animo, ni vera facis miracula fontis,
 Florea Palladio Margo liquore fluit,
 Hac tamen ignarus venies, si delitet, alveo
 Pro lymphis oleum, si sapias, unda fluet.
 Sorte alia sed Virgo volas laquearia Coeli,
 Nectara syderei fontis & alma petis,
 Haud latet, & nectar reperis, iam collige, & vitta
 Libera facta Polo, diua profunde solo.

Hoc de fonte Arist. in lib. de Admir. Audie. sic habet. In Cart haginensium Regione fontem olei exoriri asserunt, ad quem neminem accedere fas est, nisi naturæ fontis nescius sit; hac vero ignorantia seruata fontem plurimam olei copiam efferuere inquit, adeo ut tuto ex haurire id liceat; hic vero probatur à contrario. B. Virginem non insciam ad Coeli delicias accessisse, ac nihilominus Celesti illo nectare satiatam exclamasse. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te? Psal. 30.



Fons salutaris.

EMBLEMA XVIII.

V*Mbratur gelido vitreis fons cespite lymphis,
 Saxa per, & cautes unda retorta cadit,
 Huc gravis ulceribus, bibe largior aride fontem,
 Hausta salutaris rore medetur aqua:
 Diva Polo latices tibi manant aurea fontis,
 Egelidisq; salus certa paratur aquis,
 Jam bibe Virgo, potes, pota si conualet eger.
 Quidni non agra lymphæ salubris erit?*

EXtractum hoc est ex eodem libro Arist. cuius hæc sunt verba; Inter scotos Thessaliæ quendam nasci fonticulum legitur, ex quo immensa aquæ copia effluit, quæ ulcera, contractaque hominum, ac iumentorum membra conualescere facit. Per comparationem verò minorum probatur ab Authore, quàm salubris futurus sit Beatæ Virgini fons ille salutaris, de quo in Cant. cap. 4. fons Hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano, & Itæ. cap. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris, quo loco D. Ber. Fons nobis Christus est, vnde lauemur; quoniam sicut aqua lauat, ita de Christo scriptum est. Qui dilexit nos, lauit nos à peccatis nostris Apoc. cap. 1.

Nysai

Nysæi Patris sacra.

EMBLEMA XLIX.

*Nysæo gens sacra rudis facit impia Patri,
 Et strepit impuris victima cæsa focis,
 Altum tolle oculos, sparsam circumspice lucem,
 Vberior lata copia frugis erit:
 O qualis pleno spondetur copia cornu?
 Ignes, cerne, alto vibrat ab orbe Dea,
 Fer sacra, diuinis & fument ignibus ara,
 Virgine sic frugum munera dante seres.*

RItum, qui in sacris Nyseï Patris adhibebatur, Eurip. in Bacchis & Virg. lib. 2. Georg. ut omittam ceteros, expresseferunt; ex quibus ut opinor, extraxit Auth. hoc Embl. quo videtur innuere, quot, & quanta per Virginis Mariæ merita à Deo dona mortalibus elargiantur; de quibus aliquando sic Ber. Mariam sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras, ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa Duce non fatigaris; Neque verò mirum, quòd tot, ac tanta in nos proficiantur à B. Virgine bona; vocatur enim ab ipso spòso Dilectio, cum inquit. Cant. 2. Ne suscitetur, neque euigilare faciatis Dilectam; quo loco septuaginta Interpretes p̄o Dilectam Dilectionem legunt, siue amorem.

Tumulus Aeoli.

EMBLEMA XX.

A Eolia hic Tumulus Terrę, vestigia verte,
 Quaque urgēt fato dāna cruenta fuge,
 Tympana, sistrā sonant, dira sed nuncia cadis,
 Si sapiſ; aduerſas Hoſpes habeto vias.
 Virginis hac urna eſt Diua, veſtigia ſige,
 Nè fuge, de Cælo qua cecidere, bona,
 Cymbala. ſiſtra ſonant felicis nuncia vita,
 Si ſapiſ, haud alias Hoſpes habeto vias.

L Egi Arist. in lib. de Admir. Aud. vbi sic
 de tumulo Aeoli. Inter septem Aeolias
 insulas vna est Lipara nomine, in qua sepul-
 chrum esse tabulatur, de quo quam plurima,
 ac sanè monstruosa enarrant; in hoc verò cō-
 ueniunt omnes noctū ad eum locum accede-
 re tutum non esse; inde enim tympanorum,
 cymbalorumq; sonitum, risumvè cum tumul-
 tu, ac crepitaculis euidenter exaudiri magno
 cum periculo asserunt. Ex quo loco (ni fallor)
 componendi huius Embl. sumpsit Auth. ido-
 neam occasionem, in quo à contrario acce-
 dendum ad Vrnā Virginis, ibique tradiur
 consistendum; cum ibi non sonus aliquis, qui
 lethum præparet, audiatur, sed Angelorum, ac
 Cœlestium Virtutum concentus; Marię enim
 exequijs, quod pium est credere, Turbæ om-
 nes Angelicæ famulabantur

Fer-

Persei sydus .

EMBLEMA XXI.

IT Perſis Cælo redimitum ſydere ſydus ,
 Ignes quâ gelidę fert Cynofura facis,
 Virgineoq; facit quò ſe Orbe propinquius Aſtro,
 Delitijs melius gaudet ab'ore ſuis.
 Ergo delitias cœleftis pendito Diua,
 Se quâ ſydereis intulit alma choris;
 Heret Diua Deo, Cælo & ſe proxima Amanti:
 Sponſa delitijs tota in amore fluit.

Perſei fabulam filij Danaes Argiuorum
 Regis filię quamplurimi deſcripſere, at-
 que inter cœteros Soph. in Antig. Apoll. lib.
 4. Argon. & Laſt. Firm. ad quos, nè longum
 faciam, lectorem mitto. Hoc vnũ verò, quod
 ad nos pertinet, hic ſciatur; Perſeum idcirco à
 Iouè Patre fuiſſe inter ſydera collocatum,
 quod Medusæ caput abſcidiffet, & Androme-
 dem à Nereidibus ſcopulo alligatam, vt voca-
 retur à Ceto, liberaffet; Quod Perſei Sydus
 communi Aſtologorum ſententia 26. con-
 ſtat ſtellulis, ex quibus decem apparent luci-
 diores, ea ſcilicet parte, quæ Cynofuram ſpe-
 ctat, ſeu aſtrum Virgineum, ſic dictum à Poe-
 ta, quoniam Virgo fuit, quæ in vrfam à Iouè
 mutata inter ſydera relata eſt. Oſtenditur au-
 tem in hoc Emble. quanta fuerit luminis pul-
 chritudo, quam contraxit B. Virgo ex ſuo ad
 Beatiffimum Deum accessu, quod enim Re-
 gius Vates ſcribit pſal. 33. Accedite ad eum,
 & illuminamini, quãuis conueniat iuſtis om-
 nibus, multò tamen conueniētius B. Virgini,
 quę lōge ſanctior fuit, ac perfectior vniuerſis.

Apollo sagitta Innonem feriens.

EMBLEMA XXI.

Fingitur en inter, Cœli laquearia, Nubes
 Pythius Argôicę bella ciere Dea,
 Nec male sed ducto limavit cornua nervo,
 Iam volat, & pectus torta sagitta ferit:
 Ficta tamen veris cedant, fera pralia Cœlo,
 Qualia sed flammis pralia concit Amor;
 Bellat Amans, Diuamq; petit per vulnus Amantē,
 Euulsaq; simul cuspidē Diua ferit.

Reperi apud Hom. lib. 4. Iliad. Innonem
 sagitta percussam fuisse ab Hercule, nō
 ab Apolline; cuius hæc sunt carmina ex Græ-
 co in latinum uersa.

Perpeffa est Iuno, cum filius Amphitryonis
 Percussit dextram, mammam petijtq; sagitta;
 & ab Apolline ictam esse reperi in theatro
 Julij Camilli, qua imagine, inquit ille, manife-
 statio hominis significatur; erat enim Iuno,
 cum ab Apolline vulnus accepit in pectore,
 Cœli nubibus obuoluta, secutus igitur huius
 sententiam Poeta noster Iconem hanc con-
 stituit huius Emblematis, qua Dei, Virginis
 quę dulcissimum amoris prælium demonstra-
 ret, ratione habita uerborum Cant. cap. 1. vbi
 B. Virgo à Sponso suo quasi amoris vulnere
 fauciata læguere dicitur; Quia amore læguo;
 & vicissim Sponsus fauciatus à Virgine, sic cō-
 queritur, Vulnerasti cor meum Cant. cap. 4.

Cybele

Cybele uecta à Leonibus .

Emblema XXIII.

Rhæteios inter Genitrix Idæa Leones
 Aurata insidens sede lupata regit,
 Ardet Diua oculis, risu faciemq; serenat,
 Diuiduasq; comas plurima Furris obit;
 Visa decens haud ore magis, nec fortior ulla est,
 Vna sed è duplici laude superba nitet:
 Somnia seu veris certant, en Aurea Coeli
 Virgo plagas gemino uecta Leone petit,
 Ore decens, & leta genis, pro Turribus Astra
 Crinis habet, duplici sic Dea Laude preit.

Confinxerunt Poetæ Cybelem, quã Rheã
 etiam nominant, à quatuor Leonibus
 vehi in curriculo solitam, & corona ex turri
 præcingi, vt est apud Vir. lib. 10.

Alma Parens Idæa Deū, cui Dindyma cordi,
 Turrigenſq; Vrbes, biugiq; ad fræna Leones;
 Et apud Lucr. lib. 3.

Hanc veteres Graium docti cecinere Poetæ,
 Sedibus in curru biugos agitare Leones;
 Non defuerunt tamen, & qui dicerent uectã
 fuisse à duobus modò Leonibus, vt in suo
 Theatro Iulius Camillus, quicum sentit Poe-
 ta noster. Quoniam verò Cybele allegoricè
 sumi solet prò Terra, vt placet Apoll. li. 1. Ar-
 gon. & Lucr. lib. 2. quæ duobus Leonibus ve-
 hitur, frigore sc. & calore, seu pluuia, & tem-
 pestate; idcirco in hoc Embl. comparatur B.
 Virgini:

Virgini; est enim B. Virgo, Terra illa, de qua David Psal. 4. Benedixisti Domine Terram tuā, auertisti captiuitatem Iacob, & ibidē veritas de Terra orta est, hoc est Christus vera via, veritas, & vita, Vehitur autē Virgo quasi duplici Leone, hoc est duplici pulchritudine sua, virginitate vid. ac Diuina Fœcunditate, vt propterea illius captus amore Deus, Auerte, dixerit, oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Turrita verò corona B. Virginis conficitur duodecim stellulis, de quibus in Apocal. Et in capite eius corona stellarum duodecim.



Mars

Mars insidens Draconis dorso.

EMBLEMA XXIV.

Squammis dirum, ardetq; oculis, & sibilat ore,
 Expuit, & lethi tabe venena Draco,
 Colla tamen posuit, ceruice iugumq; recepit,
 Mars super insidens squammea terga premit,
 Quid Martem volui? vocem iam corrigo, non Mars,
 Martis in aspectu, sed Dea Virgo premit,
 Hac vicit, niueis & risit Adorea pennis,
 Sic Cælum Victrix luce beanda petit.

Cabaliste ex Iulij Camilli sententia in suo
 theatro quadam inueniri asserunt Intel-
 ligentiam Zamael vocatam Draconis imagi-
 nem preferentem, quæ quoniam preest Ga-
 buræ, quæ influit in Martis spheram, ideò
 Mars Draconis dorso insidere fingitur. Per
 correctionem verò venustè admodum Poe-
 ta noster non Martem inquit insidere Dra-
 conis dorso, sed Beatam Virginem, quæ primo
 quidem aspectu illa est Mulier fortis, ex qua
 pendent mille Clypei; & omnis armatura
 fortium: Virgo tamen illa suavis est, & deco-
 ra, videlicet erga vniuersum hominù genus;
 terribilis, vt castrorum Acies ordinata contra
 teterrima illa Inferorum Monstra, fingitur
 autem insidere Draconis dorso, quoniam con-
 triuit capita Draconis, & tradidit eum escam
 Populis Aethiopum. Psal. 73.

Auceps

Auceps Accipitrem uocans.

EMBLEMA XXV.

Fertur Eques, cursuq; solū ferit unguis Fœni,
 Doctior illecebris accipitremq; uocat;
 Ille uidet, palmamq; petit, prædisq; repostis,
 Vescitur oblata latior inde dape:
 Cœlo equitat, gressuq; potens Dea conterit astra,
 Sed tamen illecebras sanctior arte facit;
 Perge hylaris palmamq; pete, en qua præmia secū
 Legeris, ambrosiam, nectara siue feres.

Totum hoc Authoris nostri solerti ingenio adinuentum existimo; licet autem primo aspectu videatur non satis commodè posse dici B. Virginem esse Aucupem equo insidentem, accipitremq; uocantem, vltcrius tamen consideranti nō omnino absolum videtur esse; nam si quod in Abacuc cap. 3. legitur, & ipsimet Deo à plerisque tribuitur. Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio; quo loco Hier. Querō, inquit, equos, super quos ascendit Dominus, & puto non esse alios, nisi Sanctorum animas, super quas ascendit fermo Diuinus, cur inconueniens habeatur, ipsum hoc attribue e Genitrici Dei Mariæ? Equitat igitur Maria Virgo, ac veluti peritissimus Auceps mortales omnes, qui tanquam accipitres inhiāt caducarum rerum delicias, earum nè dulcedinē capiantur, suauiori esca proposita ad se uocat, cum Eccl. 24. inquit,

Inquit, Qui me elucidant, vitam æternam habebunt; Qui me elucidant, en Aucupis clamor, vitam æternam habebunt, en dulcissimus cibus, & Prou. 8. Qui me inuenerit, ecce vocatio, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino, en suauissima esca.

Argonautarum Navis .

EMBLEMA XXVI.

Phryxæum pradata Argo vedit incita vellus,
 Aequora delitijs aucta teritq; suis,
 In Scythicum sed vecta iugis compefcitur amnem;
 Crinibus intonsis syluaq; claudit iter;
 Non opus hic aura, tergis excepta carina
 Fertur, & obiectum præterit una nemus;
 En magis ex vero, Diuum super Aethera palmis
 Eueheris, Cælo condita Virgo ratis;
 Depredata olim Phryxæo invellere Numen
 I Dea, iam supero vertice sydus eris.

Pelias Theffaliæ Rex cognita Iasonis nepotis virtute, ac veritus, ne se mortuo filios suos è Regno depelleret, illi dicitur suafiffe, vt cõscensâ Naui Colchos peteret, indeq; vellus aureũ seruatũ, vt fama erat, à Dracone custode vigili, arte sua, & industria exportaret. Cuius consilio adductus Iason nauem ab Argo Diuino Palladis auxilio fabricatã conscendit, & cũ lectissimis socijs in Colchidem nauigauit, vellusq; aureũ, quod ad se deferri Rex

Pelias

Pelias iusserat, exportauit teste Ouidio in lib. Met. Ipsa autem Nauis Argo dicta est à nomine conditoris, quæ quoniam prima omnium mare traiecit, idcirco inter sydera fingitur esse posita, & quinque ac quadraginta stellulis decorata. Nauis hæc typum gessit B. Virginis, quæ in hoc Oceano nostri sæculi vellus aureum, hoc est Christum Dominum, Deumque Maximum comportauit; cuius caput aurum optimum, vt est in Cant. cap. 5. & cuius decorem, ac speciem nullus adhuc benè potuit imitari hinc Psa. 7. Quis similis tui in fortibus Domine &c. Quod verò sicut Argo inter sydera sic B. Virgo sit posita, tam certum est, quam quod certissimum. sed lege Ber. in Homilia super missus est, vbi rationibus multis probat nomen syderis B. Virgini conuenire.



Apollo in Ida cum Pharetra, et Chely.

EMBLEMA. XXVII.

Asfidet Idalijs Proles Lata rosetis,
 Liliaq; implexo proterit alba pede;
 Hinc Pharetra, indè Chelys; sonitū Chelys aurea.
 Et feriūt volucres incita tela feras; (reddit,
 Quid tamē? arma decet niveā magis utraq; Di-
 Nè mora, cede libens spicula, cede Chelym; (uā;
 Dum rosei nam lata terit violaria Cœli,
 Grator hinc sonitus, certior ictus erit.

Qui fabularum notitiam habeat aliquā,
 latet neminem, Apollinē Cytharæ, ac
 Musices Inuentorem fuisse, vt ex eo,
 colligitur. I. Meta. Ouid.

per me concordant carmina neruis;
 Ac prætereà sagittarum emittendarum peri-
 tiam calluisse; vt docet Callimachus in Hym-
 no Apollinis, ijs versibus latinè sic versis;

Arte magis varius nullus, q̄ clarus Apollo;

Sunt illi Artifices cantus curæ, ille sagittas,

Ille arcus curat & c.

Quamobrem non
 inconsultò Apollinem cū Chely, & Pharetra
 apposuit hic Poeta: quamuis hæc vtraquè con-
 uenire sentiat melius B. Virgini. Est. n. hæc,
 quæ vel in gremium ipsum Dei sagittas tor-
 quet; vnde Sponsus, Cant. 4. Vulnerasti cor
 meum soror mea Sponsa; Atque eadem tan-
 ta valet Musicæ facultatis scientia, vt propte-
 reà cupiens Spōsus audiendorum concentuū
 rogarit semel, vt caneret. Sonet vox tua in au-
 ribus meis, vox enim tua dulcis & facies tua
 decora, Cant. 2. fac me audire vocem tuam.

Auis

Auis fugiens in sinum Xenocratis.

EMBLEMA XXVIII.

Imbellem prædo volucrem astu circinat ales,
 Hæc volat, effæti se recipitq; sinum;
 Ille sibi tranquilla salus, deluditur arte,
 Fallere qui turpi subdolan arte parat;
 An sic æthereis Virgo sese oculis astris.
 Inq; Dei roseum proripit alma sinum?
 Sic agè, perpetuè querit nutrimina vitæ,
 Tutior & nulla fallitur arte Dea.

Hoc refert Laertius in vita Xenocratis, & Manutius Apoph. lib. 7. ijs verbis; Passerem, qui fugiens imminentem accipitrem, se se in Xenocratis sinum comiecerat, texit, fouit, que. Huic verò Volucris comparare bono iure possumus B. Virginem, quam Sponsus ipse nomine Columbam appellat, cum inquit Columba mea, formosa mea; oculi tui columbarum &c. quæq; in sinum vsque Diuini Xenocratis, hoc est Dei, ultra Cælos omnes, & fydera præteruecta, futura Regina Spirituum omnium euolauit. Hinc illud in Cant. cap. 8. Quæ est ista, quæ in nixa est super Dilectum suum, & illud, cap. 2. Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me; & in Psal. 54. Volabo, & requiescam.

Lex Thracum de mortuis.

EMBLEMA XXIX.

*Nex est meta reperta malis, quid funeris ictum
 Ergò doles, tristem te lachrymaq; facis?
 Thrax vetat extincti violari gaudia fletu,
 Letaq; dat festis carmina mixta sonis;
 At si fausta alijs, Diue quàm faustior uni,
 Nex fuit aternas que dedit Axis o pes?
 Ite procul lachryma, lato sonat Aethere cantus,
 Gaudiaq; à nostro pectore festa petit.*

A Pud Thraces, Trausosquè, ac Cæsias, & Causianos, vt refert Alex. ab Alex. lib. 2. Genialium dierum cap. 25. hoc in more positum erat, puero in lucem edito lamētari, calamitatesq; ac vitæ incommoda, quæ passurus aduenerat natus puer, singula recensere. Contrà vero in funere, atque obitu lætitiā maximam præ se ferre, quod ex miseriarum hoc pelago ad portum trāquillitatis appellere datum esset. Ex qua consuetudine, ac prope modum quadam lege desumpsit hoc emblemata Poeta noster, in quo per comparationem minorum probat, quàm sit gestiendum ob Virginis obitum, luctusq; omnes, & lacrymæ propulsandæ, cum vel ipsos Angelorum Choros plurimum lætatos esse sit omnibus prò comperto teste Hieron. in Epist. ad Pau. & Eustoch. cum inquit; Ad Virginis profectò exequias, quantum fas est credere, Angeli famulabantur, & vniuersæ Cœlorum congratulabantur Curia.

Grus

Grus cum Pharetra, & Mercurij virga.

EMBLEMA XXX.

Librata hac Cælo Volucris secat aëra pennis,
 Et ferit emensas verberare læta vias;
 Virga Herma rostro, collo pendetq; pharetra,
 Decidit hac, Terris undique tela volant:
 Tu quidni mea Diua faces iaculeris Amoris,
 Spicula queq; ardes, libera Virgo dabis?
 Iam Cælo tranquilla volas, poteris Amante,
 Qua potes, igne feri pectora, corda, animam.

Extractū hoc reperi ex Theatro Iulij Camilli, quod etiam ipse in antiquo quodā numismate impressum se vidisse testatur; quo symbolo significari ex parte credidit vigilantiam; inquit enim Aristoteles in lib. de Hist. Animalium, ac secum Plinius, quod super alterum crurium Grus dormiendo consistit, ut tãtò facilius excitetur à somno. Mercurij autem virga signū est pacis, sagittæq; è pharetra decidentes curas huiusce Mundi demonstrat. Optimè verò tota hæc imago accommodatur à Poeta nostro B. Virgini, quæ tantopere coluit vigilantiam, ut neque somnum de nocte caperet. Hinc per Salomonem in Cant. cap. 3. Per noctes quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni; surgam & circuibo Ciuitatem. Surrexit autem, & ad Cælos vsque cum virga Mercurij, hoc est cum pace penetrauit. Quare Psa. 4. In pace in idipsum dormiam, & requiescam; sed auolando demisit sagittas, curas videlicet, quibus ob absentiam filij maximopereangebatur; nam huc spectat vox illa, & inuitatio Cœlestis Sponsi Can. 2. surge, propera amica mea, Columba mea, formosa,

mosa mea, & veni, iam enim hyems transijt,
& recessit. &c.

Circulus decem Orbium.

EMBLEMA XXXI.

Picta heret tabula, leuibus commenta Poetis
Orbibus è flexis, aspice, sphaera decem;
Purpurei, glauciue nouem, Coeliue coloris,
Extremiq; auro margo superba nitet;
Vt berè sydereis sphaera hac effingitur oris?
Orbes Diua, decem spirituumq; Chori,
His color & varius, non vna in veste leporis,
Aurea lux vestit pulchrior vna Deam.

Sphaera hæc decem Orbium à Iulio Camillo effingitur in suo Theatro sub conuiuio Veneris, quibus Orbibus animas Beatorum amplexatus Platonis, aliorumq; Poetarum sententiam benè sensit intelligi. Atquè hoc quidem emblemate Poeta noſter B. Virginem multò esse perfectiorè, ornatioreq; Angelis omnibus uoluisse videtur innuere. Nouè enim primos inclusos Orbes, Angelorum, Spirituumq; Cœlestium nouem existimat esse Choros, qui omnes variis coloribus pro gratiarum varietate, perfectioneq; ornamentorum, vt docent Theologi, depinguntur. At aureus Orbis decimus B. Virginis Sacratissima anima esse dicitur, quæ Astitit à dextris Dei in vestitu deaurato, circumdata Orbiu cæterorum, Angelorum videlicet varietate. Nam quantò decentior est color aureus coloribus omnibus, tantò superior, ornatiorque est Angelis B. Virgo quòd Diuus Hieron. colligit à minori ex illis
Psal.

Pfal. 32. verbis. Verbo Domini Coeli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum, ait enim, si spiritu oris eius omnis virtus Angelorum subsistit, constat B. Virg. Mariam, in quam superuenit Spiritus Sanctus, & Deus totus illapsus portatur nouem mensibus in utero, ampliora promeruisse virtutum priuilegia. Vndè etsi mirabilis est Angelorum virtus, & firmitas perpetuitatis, mirabilior tamè in Maria, quàm obumbravit virtus Altissimi. Hec ille.

Canes insequentes Ceruam.

EMBLEMA XXXII.

Ardua syluestri lustra appetit horrida sente,
 Territa pernices Cerua fugitq; Canes;
 Sed profuga pede turba urget cupidissima praedae,
 Dum tenent, cursus amia nulla tenent;
 Sic Dea quò Coeli Domino fruere tur Amante,
 Vicit sydereas incita ab igne vias;
 Dum tenuit, nec Diua pedem compefcuit, vltro
 Se prada in niucum proripit ecce sanum.

VT quātum fuerit B. Virginis desiderium, propius se coniungendi cum Deo, eius què consortio perfruendi, Poeta noster ostenderet, Cani Ceruam insequenti, qui nūquam desistat à cursu, donec praeda, quam sequitur, potiat, B. Virginem comparauit. Cum enim Canis sit proprium ex Isidoro, odore prauius praedam sectari, cur non Cani similis fiat B. Virgo, quae de se ipsa sic ait in Cant. cap. 1. Curremus in odorem unguentorum tuorum, &c.

Secuta

Secuta est ergò B. Virgo cupitam prædam, ne
 que illam quamcunque, sed Ceruum, hoc est,
 Deum, de quo sic in Cant. cap. 2. Sponsa. Ecce
 venit saliens in montibus transiliens colles.
 Item similis est Dilectus meus Capræ, hinc nu-
 loquè Ceruorum. Atque ita secuta est vt tan-
 dem aliquando tenuerit, hinc illud. Inueni,
 quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimit-
 tam, Cant. 3.

Prometheus alligatus sub rupe.

EMBLEMA XXXIII.

*Ausus ab ethereis ignem furarier Oris,
 Cœlestesq; faces deripuisse solo,
 Infelix Scythica vincitur rupe Prometheus;
 Et pœnas sceleris ferrea vincla petunt;
 Tu quia sed Cœli rapuisti è vertice Numer,
 Et iuuit genitum deposuisse solo,
 Felix sydereo Virgo vinciris Olympo,
 Numinis & faciunt aurea vincla Deam.*

NOtissima est Poetarum de Prometheo
 fabula, qui cum è luto statuam quãdam
 formasset, Minei uaq; opera ignem de Cœlo
 deripuisset, vt eam, quam formauerat statuã,
 animaret, grauissimè ferens hoc Iuppiter Mi-
 nistro Mercurio ad Caucasum Scythiæ montẽ
 iussit eum ligari; Aquilamq; constituit, vel vt
 placet alijs, vulturem, qui perpetuũ cor illius
 exederet, vt innuit Martialis libr. 1.

G Qualiter

Qualiter in Scythica religat⁹ rupe Promethe⁹
 Affidua nimio pectore pauit auem ;
 Huius etiã fabulę meminit Sapiētissimus Pla-
 to in Dialogo de Regno , & Macrobius lib. 1.
 in Som. Scipionis. Accommodatur verò satis
 benè B. Virg. quę beneficio suarum virtutū
 Vnigenitum Dei Filium, qui ignis consumēs
 est Deut. 4. de Cœlo quodammodo rapuit , &
 ad se traxit , vt ait Rupertus , lib. 1. in Cant.
 Quamobrem meruit, non ferreis , vt Prome-
 theus, sed aureis in Cœlo vinculis religari, quę
 Sponsæ suæ amantissimæ Dilectus Sponsus
 multò ante promiserat, Cant. 1. Murenulas au-
 reas faciemus tibi vermiculatas argento .

Vlysses.

E M B L E M A XXXIV.

*Pocula quid Circes paueas? tibi pharmaca Vlysses,
 Aurea cui flexo virga Dracone, dedit;
 Tutior illa salus; hinc irrita carmina fient,
 Deseret implexos improba vi:q, dolos;
 Virgo tibi qua certa salus nitet aurea Cœlo?
 Iam nihil est aliud, Pharmaca tuta Deus;
 Felicem ò nimis, ex equo cui risit Olympus,
 Præmia fers Genitrix, Filia, Sponsa Dei.*

Circe Solis, ac Perseidis Nymphæ filia, vt
 scripsit Hesiodus in Theog. veneficiorū
 peritissima fuit, quę quòd nosset herbarum pe-
 nē omnium vim, & naturam, quoscūque vel-
 let

let homines, in varia Brutorū genera dicitur, trāsmutasse, vt tradit etiam Vir. Aen. li. 7. Atq; inter cæteros plurimos, quos in Bruta animalia vertisse fertur hæc mulier, fuerunt, etiā Authore Homero in lib. 10. Odys. Vlyssis socij, vno ipso solum excepto, cui antidotum radicem moly aduersus veneficia Mercurius dederat. Cuius quidem fabulæ non vnus est sensus; nam Circe vel esse potest voluptas, vel de prauata natura, vel meretrix, quæ, qui sunt homines, eos transmutant in bestias. Vlyssis autem socij esse poterunt animi facultates cōspirantes cum affectibus corporis, ac rationi minimè obtemperantes. Vlysses verò vel ipsa ratio, vel prudens, ac sapiens animus. Sed sit vt cumque, certe Vlysses alterum cōmodè dixeris fuisse B. Virginem, cui sapiētissimus Deus contra veneficia illecebrarū, & voluptatū, peccatorumque omnium pharmacū præbuit triplicis gratiæ, vt ait Diuus Thomas in 3. pa. q. 27. art. 5. ad secundum. Prima fuit perfectio gratiæ in eius Sanctificatione; cum adhuc esset in vtero matris. Secunda in Conceptione Christi. Tertia in eius glorificatione. Hinc est enim quod eius splendorem Sponsus iam valde commendat in Cant. c. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.



Nix liquata Sole.

EMBLEMA XXXV.

QUæ tibi vis Dilectæ ori? dum fare, vel ignes
 Euomis, aut labris ignea verba facis;
 Accensum est, quæquid loqueris, flammâq; ministrat,
 Et subtus tacitas sufficit igne faces:
 Hæc viden' ecce mihi licuerunt viscera ab astu,
 Soluitur in tennes & mihi pectus aquas;
 Sic celsam Rhodopen gelida niue verberat Arctos,
 Quæ tamen accenso saucia sole perit.

Totum hoc illud respicit, quod habetur
 in Cant. cap. 5. Anima mea liquefacta
 est, vt Dilectus locutus est; quo autem sit pa-
 cto intelligendum, liquefactam esse animam
 Virginis vi verborum Dilecti sui, Rup. Abbas
 exponit, cum ipsam Virginem verba hæc fa-
 cientem inducit. Quando ego loquebar pro
 vtilitate audientium, ea quæ erant Dilecti, tunc
 ipse Dilectus loquebatur; Vt ergo Dilectus
 locutus est, Anima mea liquefacta est. Flebam
 quidem, & præ singultibus vehemèter erum-
 pentibus verba non poteram nisi intercisa
 euoluere. Nunquid enim poteram absque fle-
 tu de illo verba facere? verum fletus ipse con-
 solatio mihi erat. Hæc ille. Quo circa concin-
 nè admodum Poeta noster cum niue liquefa-
 cta Sole Virginem comparauit in hoc emble-
 mate. tota enim soluebatur in lachrymas, cum
 Filium suum Solem Iustitiæ sibi præsentem,
 suauissimisq; se vocibus alloquentem effinge-
 ret Cant. 1. Ecce tu pulchra es amica mea. Vi-
 cissimq; ipsa Dilecto suo dulcissime respon-
 deret. Ecce tu pulcher es Dilectæ mi.

Virgo

Virgo draconem vinctum tenens.

EMBLEMA XXXVI.

Squammis quæ tetròs lauo pede proterit artus,
 Sibilaq; errata compede colla premit?
 Fœmineis visne hæc animis? efferre quid armis
 Sive Oetae tuis, Thessale sive tuis?
 At video, Cœli Dea Virgo est; robora pende,
 Deripuit supero vocibus Axe Deum;
 Id si Diua potest, demittat squammea quidni
 Colla, penesq; pedem Bellua prona cadat?

VT potentiam, virtutemquè B. Virginis
 Poeta noster exprimeret, desumpsit hæc
 imaginem ex Theatro, ni fallor, Iulij Camil-
 li; voluit enim hac Virgine, quæ vinctum, &
 alligatum Draconem teneat Genitricem Dei
 sanctissimam denotare, cuius fortitudinem in
 domando Dæmone Inferorum Dracone per
 comparisonem maiorum sic probat. si facile
 fuit B. Virgini Deum ipsum, vt sic dicam, de
 Cœlo suis virtutibus deturbatum in Terras
 deducere, quid mirum videri debet, quòd Bel-
 luam quantumuis fortem, omniumq; pesti-
 mam pronam sibi prostrauerit ante pedes?
 Sed plura lege de Virginis fortitudine in no-
 tatione ad Emblemata 24.

Cynthia lumen trahens a Sole.

EMBLEMA XXXVII.

Spicula proximior Cælo bibit Aurea Amantis,
 Hæretq; è roseo Diua lepore faces,
 Sic hæret mirata decus, dum flammeus igne
 Exerit ora, sibi flammea & ora trahit;
 Hinc rubor ardescit, Diôsque imitatur honores,
 Et rutila pingit lampade Virgo Polum;
 Cynthia ut obiecto lumen cepit aurea Sole,
 Mutuat enitidas deq; nitore faces.

PRisci fabularum artifices nè Philosophi-
 cæ res, & Diuinæ vulgo vilescerent, cõ-
 sũuerunt sæpissime eas signorum aliquo
 cortice tegere, & occultare; quod tum alias sæ-
 pe comperi factum esse, tum verò in Dianæ,
 seu Cynthiae fabula. Nam vt indicarent, Lu-
 nam a Sole lumen radiorum suorum trahere,
 dixerunt Lunam filiam esse Hyperionis, seu
 vt Nicander in Ther. Iatone, & Titani. Ve-
 rù quid? nõnè mystica Luna, M. scilicet Virgo
 Solis Filia, nominatur? Psal. 44. Audi Filia, &
 vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere & c.
 Nonnè & ipsa lumen trahit radiorum suorũ
 à Diuino Sole Iustitiæ? Certè Rup. lib. 6. in
 Cânt. Virginem alloquendo, sic ait. Quan-
 do Spiritus Sanctus in te superuenit, & Filiũ
 Virgo concepisti, & Virgo peperisti, fuisti pul-
 chra ut Luna; sicut enim Luna lucet, & illumi-
 nat luce, non sua, sed ex Sole cõcepta, sic tu ip-
 sum hoc, quòd tam lucida es, non ex te habes,
 sed ex Dei gratia. hæc Ruper.

Pila

Pila lusoria.

EMBLEMA XXXVIII.

Depimitur, pulsoq; solo pila iacta resultat
 Celsior exultat, quo grauiorq; cadit,
 Quo salit at melius, cadit & velocior, ictus
 Concita multiplices ingeminatq; solo;
 Virgine nemo fuit toto demissior Orbe,
 Altior Axe dehinc Virgine nullus erit;
 Vt tamen hac salit melius, velocior inde
 Presto erit, optatam fausta q; reddet opem.

Fuit apud veteres Pile ludus præcipue cõ-
 mendationis, magniq; studij, ita ut etiã
 ipsi Imperatores, maximeq; Iulius Cæsar, &
 Octavius referente Alex. ab Alex. cap. 21. lib. 3.
 Gen. Dierum delectarentur. Verum quid,
 quod ipse Præpotens vniuersorum Creator
 Deus pila dicitur aliquãdo lusisse? Prou. Cap.
 8. Ludens in Orbe Terrarum; quæ verba de
 ludo propriè sumpto Lyranus exponit hoc
 sensu; fecit ludum de Orbe Terrarum Deus,
 vel quia, vt idem Lyr. ait, Orbis Terrarum si-
 milis est pilæ, quæ ab vno ad alium in luden-
 do transmittitur, vel quia instar ludi parum
 durabit; At in præsentia noster Author hoc lu-
 di genere humilium celsitudinẽ voluit signi-
 ficari, quos inter cum prima fuerit B. Virgo,
 cuius humilitatem præcipuam respexit Deus,
 quid mirum, quòd super omnes fuerit Ange-
 lorum Choros demum euecta?

Rupes immota ventorum flatibus.

EMBLEMA XXXIX.

Virginei quid Parca audes oblita decoris?
 Abnuis ulterius nereq; fila Dea?
 Telaq; lethali torques imbuta veneno,
 Impia Cœlesti Mors nocitura Dea?
 Tanta nè mens animis? nixtus ludetur uterque,
 Irrita tela cadent, fila trahetq; Deus;
 Vestre quid vires oberunt? immota ruinis
 Effera sic ridet flamina dura silex.

IN hoc emblemate ex collatione Rupis immotæ ventorum flatibus cum B. Virgine, eiusdem Virginitatis contra mortis ictus constantia demonstratur; quæ quidem tanta fuit, ut elus obitus, non obitus aliquis, sed dulcis quædam obdormitio videretur; hinc est enim, quod nè quies eius sanctissima tumultu aliquo vociferantium animarum præcideretur, nè Virginem excitarent à somno, Dilectus ipse præcepto quasi quodam prohibuit, cū inquit, Cant. 2. Ne suscitatis; neque euigilare faciatis Dilectam, donec ipsa velit: Quapropter cum nihil ex morte perpeffa fuerit detrimēti B. Virgo, ut pijsimum, necessariumq; est credere, insultare iam illa potuit in ipsam mortem, & dicere, Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus?

Suber,

Suber cortice nudatum.

E M B L E M A X L.

L Aeditur haud quidq̄ detractō cortice suber,
 Arbore quin crescit plurimus inde vigor;
 Pulchrior & ridet folijs, & opacior umbrat,
 Hospitio & volucres commodiore capit;
 In Diuam que tela iacis, qua cuspis ictu
 Mors inimica petis, non nocitura petis;
 Virginis inde vigor, Deę honos in imagine crescet,
 Surgat Splendidior, Splendida queq; cadit.

Suber, quod et suberies nominatur ab Iſidoro lib. 17. Arbor est glandifera, corticē habens præcrassum, nullamque patitur læsionē, etiam si cortice penitus denudetur, quin etiam magis ex crescit, ramosq; vberiores, & ampliores diffundit. Hac de re lege Plin. li. 16. cap. 8. & Iſid. loco citato. Videtur autem hoc Emblemate Poeta noster ianuerē illud idē, quod inquit superiori, mortē uidelicet nihil oluisse B. Virgini, quin potius p̄fuisse. Quā obrem nihil addā, nisi quod scripsit Greg. sancta Dei Genitrix mortem subiit temporalem, nec tamen mortis nexibus deprimi potuit, & filium suum Dominum nostrum de se genuit incarnatum. Qui autem sint hi nexas mortis, quibus deprimi B. Virgo non potuit, aperte docuit Gabriel Biel Ser. secund. in Assump. B. V. sunt enim, vt hic ait, dolor infirmitatis ad mortem impellentis, infestatio Dæmonis animam rapere cupientis, & incineratio cadaueris putrescentis, quibus omnibus libera, & soluta fuit B. Virgo.

Vellus senio, & igne ille sum.

EMBLEMA XLI.

Fruet vbi Sol igne, comis ardescit & aura;
 Et Cælo pluias eximit astus aquas,
 Exitur illa sum candenti è stamine vellus,
 Debile nec senium, nec ferus ignis obest;
 O niueum Virgo lacti non inuida vellus,
 Vellus inoffensum Virgo decora notis;
 Tu sine labe data es, Numen sine labe dedisti,
 Et qua victa cadis, tabe aliena cadis;
 Exerere Aethereis iam Diua decentior auris,
 Aeternas sponsi deliciasq; petis.

Inter plurima, quæ in Historia Plinij digna admiratione, ac penè incredibilia legi, vñ hoc est, quod de lini quodam genere, de quo & Author in hoc Emblemate, scripsit. Ait enim apud Indos quoddam Linū reperiri tæte virtutis, ut senio, & igne illæsum maneat, quin si in ignem proiciatur, pulchrius, candētiusq; multo euadat, cui quidem rei fidē prorsus nullam præstarem, nisi Mapam ex hoc Linij genere contextam vidisse se suis oculis cōfiteretur, quæ fædata in conuiuio, atq; in ignē coniecta illico longè purior, quam si lota fuisset, omnisq; labis expertior extracta est. Cui Mapæ quàm bono iure comparata est in hoc Emblemate Beata Virgo, quæ quamquam in Adæ, Euæq; peccato & ipsa quandam contraxit si non maculam, saltem maculæ pœnā, idest mortem, Nihilominus diuinæ virtutis igne repente accensā exurrexit ad eò splendida, atq; venusta, ut eam valde Dominus contempseret. Hinc illud Psal. 44. Et concupiscet Rex decorem tuum.

Capra

Capra dictamum comedens.

EMBLEMA XLII.

Fixâ harent lateri facto pro vulnere tela
 Plurimus & sano profluit ense cruor,
 Triste urget lethum, cum dictamus inde sagittas
 Excutit, hinc ensem, tuta a fit inde salus
 Virgintæ sic certa salus Diue, effera quamvis
 Ausa sit Aethereum Mors violare decuss,
 Iecit tela, Deam ense petit, nil officit, unam
 Non sinit esse ream, qui dedit esse Deam.

Dictamus herba est virtute prædita expul-
 sua, quare ex Arist. in lib. de. Admis-
 Audit. Capræ Cretenfes cum aliquando sagit-
 ta trāsfixæ sunt, Dictamum illius Insulæ pro-
 prium quæritant, quo comesto confestim sa-
 gittas eiiciunt. Eiusdem rei meminere Pla-
 Isid. Anic. & S. Basilius in Hexam. Allegorice
 vero secundum Petrum Berch. lib. 11. cap. 45.
 Dictamus est cōtritio, vel timor Dei, qui fer-
 rum peccati mortalis excutit per cōfessionem,
 iuxta illud Eccles. 1. Timor Domini expellit
 peccatum; seu Dictamus erit Charitas, quæ sa-
 gittas timoris expellit, quia perfecta Charitas
 foras mittit timorem. Nobis verò Dictamus
 in. præsentia est ipse Deus, qui Genitricem
 suam B. Virginem ferreo mortis telo idem
 ad vitam denuò reuocauit.

Duo lapides, qui sibi ipsis obiecti, & aqua respersi accenduntur.

EMBLEMA XLIII.

Bosphorei gelido pallent ubi frigore Thraces,
 Arua sagittiferos cana videntq; scythas,
 Obiectos videas lapides aspergine facta,
 Illicet accenso promere ab igne faces,
 O quanta Empyreo flagent incendia Cælo,
 Mutua dum torquent lumina Diva, Deus?
 Cælesti pro rore madent è nectare, flammæ
 Hincq; agit æternas non periturus Amor.

Petitum hoc est ex Arist. lib. de Admiran. Aud. cuius hæc sunt verba. Lapis in Thracia est spinus nomine; qui intercisus ardet; id que iuxta se positus, seu smarillus, reddit. Hi igitur lapides apud se inuicem cõpositi, aquaque conspersi flagent. Quibus lapidibus mutuum Amorem Sponsi, & Sponsæ, Mariæ, & Christi significauit Author in hoc emblemate. Hi enim sibi inuicem obiecti in Cælo, cum antea quasi lapides seiuncti essent, Christusq; in Cælo, nobiscum Virgo versaretur in Terris, tantam repente concitasunt Amoris flammam, vt adusta quodammodo præ incēdio B. Virgo, Amore langueo, exclamaret; Christus vero ipse. Vulnerasti cor meū soror mea Spōsa; Quamquam ipsum hoc adhuc clarius verbis illis ostenderetur. Ego Dilecto meo, & ad me conuersio eius; Ecce enim lapidum duorū obiectio; Aquæ multæ nō potuerūt extinguere Charitatem, nec flumina obruent illam. Ecce Amoris mutui inextinguibilis flamma.

Fors

Fons Tabularum .

E M B L E M A XLIV.

Hinc piure procul, tabulã nẽ credito lymphis,
 Index nequitia certior ima petet,
 Sola animi testis syncera supernatat undis,
 Vnquam nec vitrea mersa latefcit aqua;
 Syncera en Virgo, nexusq; & nescia labis
 Transnando Aethereas libera uicit aquas;
 Haud cecidit deiecta solofidissima testis,
 Tu sic, nẽ pereas, fac, imitare Deam.

Fontis huius mētionem fecit Arist. in lib...
 de Admir. Audit. ubi sic legitur. In Sicilię
 paliscis fons est, qui decem accubantium sitũ
 occupat, in quo iurisiurandi diuinitatem deti-
 neri autumãt; nam si quis tabellam inscriptã
 iurisiurandi in eum imposuerit, si recte iura-
 uerit, tabellam supernatare affirmãt, sin secus
 tabellam grauitate affectam in profundum ab-
 oleri, hominemq; periurum comburi. Idem
 retulit etiam Solinus, tametsi non tabellis co-
 gnosci velit periurum, sed lotionem; inquit. n.
 Cauendum est de periurio, quia si quis sus-
 pectus de dato iuramento, oculos in hoc fonte
 lauerit, si immunis fuerit, clarius uidebit, sin
 uero periurium commiserit, cœcus erit. Sed
 sit utcũque. Certẽ B. Virgo tabella illa fuit pu-
 rissima, & nitidissima, quæ nullius omnino cõ-
 scia labis, & maculæ, superenatauit tutissima
 aquas tribulationum omnium, & peccatorũ,
 venustatem, & pulchritudinem assũcuta pro-
 fus incredibilem.

Fons

Fons Lethalis

EMBLEMA XLV.

CLara nitet, nullo vitatur et impete lymphæ,
 Hæc tamen in specie dira venena tegit,
 Vos procul este greges, potis aconita ministrat,
 Nec necat illa sitim, sed nece corda ferit:
 Virgo alias quas hausit aquas? lethalis ab unda
 Vis & abest, vita vis & amica latet:
 Occiduo languebat Amans Dea lumine, rore
 Sed Cœli bibita iam rediuiua volat.

Huius etiam fontis, vt superioris petitæ
 fides est ab ipso Arist. in eodem lib. qui
 sic ait. Iuxta Thraciæ Cyclopaꝝ fonticulus exi-
 stit, cuius aqua aspectu quidem syncera, perlu-
 cidavè incolis, æt pari modo cæteris apparet.
 Cæterum si ex ea aliquod animal biberit, con-
 festim obire diem aiunt. Pulcherrimè verò pr-
 batur hic à Poeta, B. Virginem non de hoc
 fonte, qui lethum afferat, sed vitæ aquas hau-
 sisse in gaudio de fontibus saluatoris, Isa. 42.
 quas tantopere exoptasse fertur, dum viueret,
 vt identidem cum Regio Psalte carmen illud
 repetere. Sitiuit anima mea ad Deum fontē
 viuū, quando veniam, & apparebo ante fa-
 ciem Domini? Psal. 41.

*In Diem Natalem Christi Luna
cum Hespero.*

EMBLEMA XLVI.



Diva duplex Cælo volitat qua rosida cornu,
 Et regit æternas sydere amicta faces,
 Addita præ cursu Cytheræo ubi fulgurat astro,
 Nascentis pueri faustior ortus erit,
 Rursus orire Deo, felix promittitur ortus,
 Ecce micant nexo lumine Luna, Venus;
 Virgo Venus, sed Luna Deus, quàm Numine felice
 Luna est, tam leni Numine fausta Venus.



EX

EX Astrol. communi sententiâ maximè p
 pitia videtur esse Luna parturientibus,
 quando cum Hespero stella cōiungitur. Quâ
 obrem cū in Nat. Christi Domini Saluatoris
 mystica Luna, & Hesperus, qui Veneris fertur
 sydus, sese vnâ coniunxerint, hortatur Poeta
 noster in hoc Embl. vt sub hoc tam propitio
 syderum, stellarumq; aspectu Deo Patri feli-
 cius enascamur. Coniuncta est siquidem Lu-
 na cum Hespero, Christus nempe cum Virgi-
 ne; sicut enim Luna nomine hoc dicitur, qđ
 vt inquit Isid. sit quasi luminum vna, ita Chri-
 stus lux illa Mundi est, quæ illuminat omnem
 hominem venientem in hunc Mundum Ioā.
 1. & quemadmodum Venus, quæ aliter Hesper-
 rus, Amoris est Mater, sic B. Virgo Eccl. 24. de
 se id fatetur, cum loquitur. Ego Mater pulchrę
 Dilectionis.



Gemma,

Gemma, quæ reperia oleo ardet.

EMBLEMA XLVII,

Pectore Virgineo splendent Diæ aurea flore,
 Et niveus niveo pectore ludit Olör;
Incertum, Violis nè daret, raperetnè decorem,
Tam benè lactelo pascor utrinque sinu;
Et tamen humani Virgo vel nescia tactus
Divino foetum nectare plena parit;
Sic ubi Palladio Ione nata sparsa liquore
Ardet Sydereis amula gemma focus.

Hoc de lapide Pli. Isid. Berch. Et alij plu-
 res, qui quidem coloris est candidi.
 Talis autem per omnia vixit B. Virgo, quæ
 flore virginitatis tanto nitore, splendoreque
 refulsit, ut esset in ea nihil, quod candorem
 non maximum, atque incredibilem præfer-
 ret; hinc commendatio illa sponsi Cant. 4. Ca-
 pilli tui sicut Grex Caprarum, quæ apparue-
 runt de Galaad. Dentes tui sicut Grex ovium,
 quæ ascenderunt de lauacro; Collum tuum si-
 cut Turris Eburnea, & c. Qui candidissimus, &
 nitidissimus lapis respersus oleo spiritus san-
 cti ex utero protulit eam flammam, quæ igne
 venit mittere in Terram.



L. S. 1716

Laurus Arbor.

EMBLEMA XLVIII.

*Virgineis impexa comis, aptissima seruo
 Casaris, aeterna fronde comata viget;
 Millenos; inter frutices tutissima Laurus,
 Irridet saevas fulminis una minas;
 Dat timidis hinc tecta auibus, si nubilus Aether
 Et tonat, & Caelo fulgura missa volant;
 Seu pareris, seu Diva paris, sic crimina nescis,
 Una cares, Generi quam dedit Eva, luc.*

LAurus, quam & Laudum veteres nomi-
 nabant, à laude, vt ait Isid. eò quod Vi-
 ctories Corona laurea donarentur, & cum lau-
 de reciperentur, Arbor est, quæ ex Plin. lib. 15.
 cap. 30. fulminis nescit ictum, perpetuamq;
 viriditatem habet æstatis, atque hyemis tem-
 pore. Cui quidni B. Virginem cõparare con-
 ueniens fuerit, quæ splendore virginitatis per-
 petuo ornata fuit, eam enim Ecclesia. Virgo
 ante partum, Virgo in partu, & Virgo post
 partum & c. quæq; illesam penitus vitam du-
 xit peccatorum fulminibus? Non enim ma-
 cula est in te. Sponsus in Cant. cap. 4.

*Rubrus*

Rubus ardens incombustus.

EMBLEMA XLIX.

D Esilit è Cœlo quidni aspicias? igneus orbis,
 Moses, & rigidos corripit ille vepres,
 Fortia sed circum quamuis incendia crescant,
 Tutus ab accenso non rubus igne perit;
 Divina ò Virtus, ò Cœli prouida flamma,
 Quid mihi non etiam pectora, corda feris?

R Vbi huius historia digesta est in lib.
 Exod. ca. 3. vbi legitur. Apparuit Moy-
 si Dominus in flamma ignis, in medio Rubi,
 & videbat, quòd Rubus arderet, & non com-
 bureretur. Qui Rubus symbolū, ac typus fuit
 B. Virginis consensu omnium ferè Patrum,
 præcipueq; Ber. in Ser. de B. Virgine; cuius
 hæc sunt verba; Rubus, qui visus est ardere si-
 ne suo incendio, significauit Virginem con-
 cepturam Spiritu Sancto absque virgini-
 tatis detrimento. Quamobrem ab Ecclesia di-
 citur, Rubum, quem viderat Moyses incom-
 bustum, conseruatam agnouimus tuam lau-
 dabilem virginitatem.



Moyfes in quasillo,

E M B L E M A L.

Qua mihi spes animo? felici en omine Vates
 Nescio quid lati concipit, atq; canit;
 Non magis occluso Mosem latitare quasillo
 Dixeris, Arsinoes ut vereare minas;
 Exilit, immanes iaculatur & undiq; vires,
 Nam quia? quo Ditis regia caeca cadat.

Quibus Parentibus natus fuerit Moyfes,
 quam ob causam inclusus in fiscella
 aquis fuerit expositus, à quo ex aquis
 susceptus, atque educatus, habetur Exod. cap.
 2. Certè vnum hoc nemo cum nesciat, Moy-
 sem aquis expositum, inclusum quasillo signi-
 ficare posse Religiosum ex aquis huius sæculi
 ereptum, atque in fiscella trium votorum po-
 situm; Venustè etiam symbolum esse posse
 quis neget Unigeniti Filij Dei? qui ex Aug.
 Ser. 48. de Temp. in fiscella bitumine, picequè
 linita, B. Marię scilicet clausus primum est vte-
 ro; deinde vero egressus vidit, vt alter Moy-
 ses, humani generis afflictionē, virumq; Ae-
 gyptium percutientem Hebræos, hoc est Dę-
 monem allicientem homines ad peccata per-
 cussit, & abscondit in sabulo;

Palma

Palma, & Quercus.

EMBLEMA LI.

P*Ristina quis fuluo desperet secla metallo,
 Sponte sua Tellus cum daret uber opes?
 Palmaq; odoratas, bellaria dulcia, glandes,
 Ilexq; expressis mella liquata fauis?
 Rur sus amica duplex vinco connectitur Arbor.
 Floret palma sinum, germina quercus habet:
 Crede Deo, nam palma Deus, bellaria speres,
 Iam vires, & frondi proxima poma parat.*

A Etatis aureæ symbolum fuit veteribus Palma, & Quercus, quòd eo tempore vitum necessarium sustentandæ hominum vitæ suppeditarent hæ duæ Arbores, nec lautiores epulæ quærentur, in quibus Auth. Paulo ad Eph. 5. est luxuria. Nunc vero temporis aureū ad nos sæculum rediisse confirmat hic Author, cū Palma, & Quercus, hoc est Deus, & Virgo coniunctæ Arbores suauissimos fructus mortalibus largiatur. Quod enim Palma sit Deus, docet Berch. lib. 12. Cap. 112. & colligitur ex ijs uerbis Cant. 2. sub vmbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Quod verò Quercus sit altera B. Virgo, quis neget? cum ad protegēdos peccatores robur habeat validissimum, quemadmodum Quercus ad arbusculas debiles sustentandas;

Asbestus.

Asbestus.

EMBLEMA LII.

CVM Dea Virgineo Cœli decus exeris alueo,
 Suspitor, accenso te rapit igne calor,
 Hinc crebra volitantq; faces, incendia Amoris,
 Vllis perpetuò non perimenda vadis:
 Asbestum veluti, si quando corripit ardor,
 Concita à nullis flamma necatur aquis.

Asbestus lapis est Arcadię, ex Isid. ab igne sic uocatus: nam semel accēsus extingui nūquam potest. Itaq; vt idem Isid. refert, quędam aliquando ex huiusmodi lapide confecta lucerna in quodam Idolorum Tēplo posita fuit, quę nulla vnquam tempestate, aut imbre extingui potuit: Scio verò huius generis lapide quemcumque verum vitę inculpatae intelligi mysticè posse, quę si semel accenderit Charitatis flamma, tam salutare, diuinumq; incendium perpetuò bonis actionibus conseruabit: Sed quis est hic, & laudabimus eum? Profectò Asbestus fuit in omnibus B. Virgo, quę Diuini Amoris igne succensa extingueri nunquā potuit æternas lampades, de quibus scribitur. Cant. 8. Lampades eius, Lampades ignis, atq; flammaram; Et alibi Aquę multę nō potuerunt extingueri Charitatem.

Ignea

Ignea, et nubila Hebræorum columna.

EMBLEMA LIII.

Regna Paestinus dū pergir inhospita iussus,
 Sollicitat celevs ania perq; pedes,
 Est praesto duplex, errēt nē forte, Columna,
 De flamma noctis tempore, nube die:
 Tutus eris, iam sume viam, diuinius axe
 Est prope praesidium, bina Columna praest;
 Ignea, qui Puer Aethereis enascitur auris,
 Nubila, qua Puerum Virgo paritq; Deum.

Notissima est Historia igneae, nubileque columnae, in quarum altera nubila scilicet Omnipotens Dominus praecedebat Hebræos, ad ostendendam illis viam per diem, in altera verò videlicet ignea, nocte, ut Dux esset itineris utroque tempore; sic in Exod. 13. 14. 33. Num. 12. Nehe. 9. Ps. 77. Eccl. 24. Apoc. 10. quibus columnis appositè multis cum Patribus in hoc Emblemate noster Auth. significavit Christum, & B. Virginem: Orig. enim super Exo. Hom. 3. & super Num. Hom. 27. vnà cum Ambr. asserit columnam igneam symbolū fuisse Christi; cuius rei causam addit Rup. quia videlicet Dei stabilitatem, firmitatem, immutabilemque eius lucem significat; Columnā verò nubilam symbolum esse B. Virginis confirmat Amb. Ser. 7. in Psa. 118. Tom. 2. inquit Praebat Deus filios Israel in itinere Terrae promissionis, per diem in columna nubis, specie quidem praecedebat filios Israel, at mysterio significabat Dominum Iesum in nube leui veterum, hoc est in M. Virg. Hæc ille; Cum quo Hier. lib. 7. in Cap. 19. Isa. Tom. 4. cum inquit
 Ascendit

Ascendit Dominus super nubem leuem, Corpus scilicet B. Virginis, quod nullo humani seminis pondere prægrauatum est.

Virga Iesse.

EMBLEMA LIV.

Virgula Iessao trusit qua Numine florem,
 Symbola Sydereæ quam benè visa Dea?
 Vtraque florescit, suffunditur vtraque odore,
 Virginem rutilat par & utrinque decus;
 Nil reliquum, varient nisi nomina, Virgaq; nomen
 Virginis, & Virga nomina Virgo ferat.

Respexit Auth. in hoc Emblemate illud Isai. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Quæ verba pereleganter exposuit de B. Virgine, eiusq; genito Iesu Christo; idq; cum vniuersa ferè Patrum Sanctissimorum schola; cum Orig. Hom. 3. in Isai. Chryl. in Cap. 11. Isai. Tom. 4. Amb. de Spiritu Sancto Cap. 5. Tom. 4. Aug. ser. 99. de tempore Tom. 10. & Ber. Ser. 2. Aduent. cuius verba, quoniam melle ipso sunt dulciora, libenter hic referã. Christus Dominus, inquit ille, flos est candidus, & rubicundus, electus ex millibus; flos, in què prospicere desiderant Angeli, flos ad cuius odorem reuiuiscunt mortui, & sicut ipse testatur, flos campi est, & non horti; Campus enim sine omni humano floret adminiculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, non impinguatus fimo, sic omnino sic Virginis aluus floruit, sic inuiolata, integra, & casta Mariæ viscera florem protulerunt; ò verè Cœlestis plâta, pretiosior cunctis, sanctior vniuersis, ò verè lignum vitæ, quòd solum fuit dignum portare fructum salutis, sic ille.

Rosa

Rosa inter cœpas.

EMBLEMA LV.

ARdet sanguineo Rosa crines oblita rore,
 Et palmam flores inter odoris habet:
 Suavior at redolet, circum si sordida Cœpe
 Luxurient, tanto pulchrior exit honos;
 Pende Deum, dic esse rosam, quo purpurat igne?
 Dulcè olet, aeterno sydere suauè rubet;
 Pende hominē, dic Cœpā esse, ò quā sordida; maius
 Sed decus hinc forsā senseris esse rosa.

DE Rosa, quæ locum principem inter flores vniuersos facile obtinet, tum ob eius pulchritudinem, tum odorem, nemo non agit copiosissimè, Pli. Isid. Berch. Solin. & alij, qui inter alia plurima; quæ propria sunt Rosæ, hoc vnum præcipuum, & admirandum enumerant; quod si inter cœpas nascatur, & suuiorem odorem diffundit, & pulchriori vestitur amictu. In hoc autem Emblemate Rosa cum Deo, cœpa cum homine comparatur; unde infertur ex Hypost. Vnionē Dei cum homine, Naturæ Diuinæ decorem longè maximum apparere; iuxta illud Philosophi; Oposita iuxtà se posita magis elucescunt.

H Orpheus

Orpheus; & Apollo cum Citharis.

E M B L E M A L V I.

Intentes Tegyreæ fides, Chelys aurea reddet
 Continuos dulci verberere pulsa sonos;
 Concorde n sed redde tuam Maza edite, qualis
 Inde sonus? feriet sydera quæ ille melos?
 Bina Chelys mortale genus, sapientia Verbi,
 Intentat resonas utraque tenta Fides;
 Has Deus en iungit; ferit ò qui sydera cantus?
 Orpheæ cede tuum, D. bph; cæ cede tuum.

Luce clarius patet, rudem illam prisorum
 Lætatem Orpheo, & Apollini tribuisse ly-
 ras, vel Cytharas. De Orpheo quidem legitur
 in Hor. in arte Poet.

Sylvestres homines sacer, interpretq; Deorū
 Cœdibus, & ritu fœdo deterruit Orpheus,
 Dicitur ob hoc lenire Tigres, rapidosq; Leo-
 nes; De Apolline verò in Ovi. primo Met.
 Iuppiter est Genitor, p me q̄ eritq; fuitque.
 Estq; patet, per me cōcordāt carmina nervis.
 Nemini ergò dubiū esse pōt, quin Orpheus,
 & Apollo Cytharædi præstantissimi fuerint.
 Cæterum quòd in Emblemate vterq; suis cū
 cytharis depingatur, tota fictio est Poetæ, quæ
 dulcissimus ille sonus ostēditur, quem sapien-
 tia Dei Verbi per Incarnationem coniuncta
 cum homine admirabilē, & insolitum edidit;
 uisus est enim sonus Cytharædorum cythari-
 zātium in cytharis suis; quod in explicatione
 eorum verborum. Exurge gloria mea, Exurge
 psalterium, & cythara, docere videntur Basi-
 lius, super Psal. 32. Hyl. super Psal. 36. Clem.
 Alex. 6. Strom. Hier. Aug. & alij Patres.

Sol

Sol in Ariete;

EMBLEMA LVII.

Sol ubi Phryxum terit axis pondere sydus,
 Mitis & aurato vellere squallet ouis;
 Ridet in Aethereo Clementia mitior Orbe,
 Et niveo Coelum remige lata secat;
 Hinc Zephyri placido submurmurat aura susurro,
 Respersa & multo s; dere Terra nitet;
 O quales mihi spondet opes Clementia, quales
 Et tibi spon det opes, Romas; delicias?
 Emitet aeternum Helle iam Sydere Sydus,

Qua mora? Roma rosas concipe, pande sinum.

Inter duodecim signa Zodiaci quatuor sunt, quæ domos angulares Astrol. nominant, seu signa Cardinalia, Ariet scil. Libra, Cancer, & Capricornus, ex quibus præcipuus tamè est Ariet, q̄ vt affingūt Poetæ, collocatus est ideo inter sydera, circumamictus 13. stellulis, quòd Phryxum saluum, & incolumem per mare ab Helle Phryxi sore dictum Hellepontum, ad littus vsq; suis humeris asportarit. In quo quidem Zodiaci signo quoniam, ut dicitur à Matæele, sol extollitur, idcirco tunc temporis summa Aeris est temperies, vt etiam in Emblemate attingit Auth. qui mystice Solè Deū esse, Arietem sentit B. Virginem, cuius aureo vellere, nempè Sanctissimo eius ventre Sol ille Iustitię obuolutus est, qui est Deus, ut suo tempore duritię frangeret cordis nostri, ac veluti veris tpe virtutū omnium flores, fructusque emitteret; vt adimpleretur, quod scripsit Prophetæ, Pl. 71. Descēdet, sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super Terram; et orientur in diebus eius Iustitia, & abūdātia Pacis.

H 2 Iris.

Iris.

EMBLEMA. LVIII.

Quà rota Luciferi flammantes exerit ortus,
 Indis & accensa tingitur ora face,
 Per Cœlum Croceis uolitet si roscida pennis
 Iris, milleno picta colore sinum,
 Aether sudus erit, tranquilloq; aquore pergent
 Solis ab aspectu furius ire dies;
 Fide parum, Cœlo melior describitur arcus;
 Aurea diuina quâ facis ora nitent;
 Sudum erit, aeterno rutilabitq; aura sereno,
 Imber abit, pereunt nubila, lumen erit.

IRIS Nubes est aquosa, per omnes sui partes
 Solis radio illustrata, quę versicolor cum ap-
 pareat, Solis ardorem mitigat, & futurum su-
 dum designat. Paria verò in omnibus semper
 fecit B. Virgo cum Iride, quę Nubes aquosa
 fuit clementiæ beneficio, & pietatis, vt inquit
 Berchor. Cœlestis gratiæ radijs purissimis, ac
 splendidissimis illustrata, in quam mox vt su-
 peruenit Spiritus Sanctus, & Virtus Altissimi
 obumbravit illam, Diuina hæc Iris, & sereni-
 tatem proximam Dei misericordiæ designa-
 uit: nam, Et misericordia eius à progenie, in
 progeniem timentibus eum; Et Solis ardorẽ,
 hoc est, Dei iram imminuit: & versicolor visa
 est, hoc est, varijs virtutum coloribus decora-
 ta. Astitit enim à dextris Dei circumamicta va-
 rietatibus. P. sal. 44.

Cometa,

**Cometa, qui uisus est Romæ G. Cæsare
interfecto.**

E M B L E M A L I X.

*Qua noua lux Cælo? omen erit; dolet aureus Orbis
Concidat Hesperij gloria Roma Ducis;
Hoc tibi dira facis sed vulnera vulnere, virtus
Te tua dumq; perit, saucia tota cadis;
Non ita mortales exit quia Numen in auras,
Aurea depicto flamma nitetq; Polo,
Omen habes, felix sed habes, tu concipe, Cæli
Sic agè spondetur gloria, vita, salus.*

Cometa stella est flammis circumdata. ut
inquit Bedæ, atq; ut plurimum mutatio-
nem aliquam, pestilentiam, bellum, ventos, or-
tum, vel obitum alicuius magni Principis, &
Regis, & obitum quidem vel futurum portē-
dit, vel fuisse significat, sicut accidisse comper-
tū est Romæ Cæsare interfecto, ut refert Plu-
in eius vita; sic enim scribit. Ex diuinis rebus
admirationem peperit stella ingens Crinita,
quæ cum post Cæsaris interitum ad septem vs-
que noctes apparuisset, postea nunquam uisa
est. A contrario autem probat Auth. in Em-
blemate stellā illā, quæ Magos duxit ad Chri-
sti Præsepium, nullum portēdere voluisse fu-
turum incommodum, sed felicissima omnia,
beatissima, tanti uidelicet ortu Principis, nem-
pe Dei, de cuius aureo sæculo, diuino afflante
Spiritu sic locutus est Isaias. Habitabit Lupus
cum Agno, & Pardus cum Hædo accubabit, vi-
tulus, & Leo, & ouis simul morabūtur, & Puer
paruulus minabit eos.

H 3 Rex

E M B L E M A L X.

Avlaa mitte, induta scena in alteram
 Imaginemquè appareat
 Ornata regia palatio domus,
 Textisq; tectis marmore,
 Emblematum hinc, & inde distincto notis;
 Occurret ecce visui
 Aliquid noui; Rex scilicet se ostenderit,
 Partes ut exigat suas;
 An fallor? Orbis hec iocosa scenula
 Faciem induit se se nouam;
 Iam cerne Regium decus, partes Deus
 Adest, ut exigat suas.

More Poetarum hoc suo ingenio finxit
 Auth. describit enim regiam scenam apparatu pulcherrimo, qualis illa Regis Assueri de qua sic in Esther. Pendebant ex omni parte tētoria aerei coloris, & carbasini, ac hyacinthini, sustētata funibus bisinis, atque purpureis, qui eburneis vinculis inferti erant, & colūnis, marmoreis fulciebātur; lectuli quoque aurei, & argentei super pauimētum smaragdino stratum lapide dispositi erant &c. Qua facta descriptione tam varium & multiplicem scenæ nobilissimæ apparatus præsignificare asseritur magnam alicuius Regis psonam, quæ partes expletura sit suas. Hic verò Rex Maximus scenulam huius Orbis ingressus Christus est Dominus Saluator noster, qui venit in Mundum, non ut iudicet Mundum, sed ut saluetur Mundus per ipsum, quæ partes sunt Dei.

Navis

Navis detenta Magnete.

EMBLEMA LXI.

Deuēta venti carbasa flamine,
 Auraq; puppis plena per æquora
 Consistit, & flabrum volucres
 Deposuere Noti proteruum;
 Que causa tanta, tam subita morę?
 Ponto imminet magnetica Sarmatum,
 Qua nectit arcano rudente
 Arte rates potiore, rupes;
 Aequor natabat concitus improba
 Virtute Damon, plenaq; carbasa.
 Lactabat aura sauioris
 Africi, & humidioris Austri;
 Sed fortior magnes caput è mari.
 Vix extulisti Diue Puellule,
 Cum nexus arcano rudente
 Constitit illicò vi tua artis.

Nemo est omnium, qui ignoret, magnetis virtutem ferri attractiuam esse, eamq; talem, ac tantam Testibus Isid. Dios. Berch. &c. ut in aliquibus etiam regionibus, quin possint vltra procedere, vi magnetis scopulorum, & montium mari imminentium. naues ipsæ detineantur. Sed illud etiam. latet neminem; Nauim posse esse Symbolum. Peccatorū, qui per mare huius sæculi euagantur; magnetem verò symbolum esse Dei, qui trahit omnia ad se ipsum; & præcipuè Peccatores per pœnitentiam: Venit enim quærere, & saluum facere, quod perierat. Verū in præsentia magnes, qui nauim teneat, erit Iesus; Nauis autem ipsa, noster aduersarius Diabolus; Nam quo primum tempore humanam naturam assumpsit.

H 4 Deus.

Deus, vi suæ virtutis Diabolicæ nauis cursum
detinuit illico, ac repressit. quam rē visus est no-
bis innuere in Apoc. Ioannes, cum inquit. Vi-
di Angelum descendentem de Cœlo, & haben-
tem clauem Abyssi, & cathenam in manu sua,
& tenuit Draconem, hoc est serpentem anti-
quum; Ecce enim nauis detenta Magnete.

Ictus Leo.

EMBLEMA LXII.

A Vrea Cœlestis lunauit cornua neruo,
Sauciet utq; Deum, tela retorquet Amor;
Ocyus illa volant violentis incita pennis,
Et diuina petunt pectora, corda petunt;
Icitur ergò Deus, sic vulnere saucius Orbe
Erritat è Cœlis ictus Amore Leo.

VT solo amore ictum Deum humanam
carnem assumpsisse, atque in similitudi-
nem hominum factum fuisse, vt aiebat Apost.
Poeta noster ostenderet, Leonem saucium er-
rificantem affinxit, neque abs re: Deus enim in
lege veteri ille erat, qui per Oseã cap. 3. descri-
bitur: Ero quasi Leçna, & quasi Pardus in via,
& per Psa. 93. Deus vltionum Dominus, Deus
vltionum liberè egit: At vbi uenit plenitudo
temporis, vulneratus Amoris telo erritauit à
Cœlo exul in Tertas, vt pro salute nostrorū
omnium vitam suam, & sanguinem deuoue-
ret, factus, qui Deus vindictæ fuerat, Misericor-
diæ Dominus.

TANTUS

Taurus apud ficum .

E M B L E M A L X I I I .

Eferus elatis incedit cornibus, acres
 Et vomit irato Taurus ab ore minas ;
 Hereat ille tamen Syluestri germine fico ,
 Irarum ponet fulmina, mitis erit .
 Annè iua Virgineo mollescit pectore Numen ?
 Cur agè non solitum fulminat ira Dei ?
 Iam sapio, iam suspicio, tu fœdera necis ,
 Tu premis ultrices aurea Virgo faces .

Ansam dedit Auth. nostro huius Emble-
 matis id, quod Plin. libro. 8. capit. 21. re-
 censet; ait enim, si Taurus alligetur sub ficu, sta-
 tim mansuescit; quod exponi sapiētissimè po-
 test de Principibus, & Tyrannis, qui antequā
 ceruices suas Christi Domini sacrosanctæ Cru-
 ci subijcerēt, velut quidam ceruicosi, atque in-
 domiti Tauri bacchabantur fructu, crudelita-
 te; At vbi fidem Catholicam, religionemque
 Christi sanctissimam; receperunt, humillimi,
 atque mitissimi euaserunt; hinc apud Isa. cap.
 11. Bos comedet paleas; Verum aptissima est
 etiam Authoris nostri allegorica interpreta-
 tio, qui Tauri nomine compellat Deū, prius
 quam homo factus de Cœlo descēderet; nam
 ille tandem alligatus sub ficu, nempe in vtero
 Virginis iram omnem deposuit, & auertit, to-
 tusq; clementissimus, pijsissimusq; euasit, ita vt
 etiam tanquam Ovis coram tondente se ob-
 mutesceret .

H ; Aquilo

Aquilo, vel Sol fugans Nubes.

EMBLEMA LXIV.

*Quæ Cælo, Terrisq; quies? eia aspice, vultum
 Vestit Terra nouum latior Orbe nouo;
 Nec magis humanos contristant nubila sensus,
 Nubila, quæ sauo vulnere corda petunt;
 Exoriens liquat illa Puer, spem concipe longam,
 Iam quia felici nascitur auspicio;
 Sic ubi pallidulo circumvolat Auster amictu,
 Et pluuijs faciem nubibus atra dies;
 Solis siue faces, Aquilo seu flamine soluit,
 Aetheris & regio luce serena nitet.*

Indicatur hoc Emblemate vaticinium illud
 Isa. de Christo Domino adimpletum esse .
 Orietur in diebus eius Iustitia, & abundantia
 pacis, cum Aquiloni, vel Soli nubes fuganti-
 bus Christus puerulus comparatur; quæ colla-
 tio quam iure merito facta sit, nemo non vi-
 det; Nam sicut Aquilo, vel Sol omnem expel-
 lit nymborum, nubiumvè caliginem, aeremq;
 purissimum, & nitidissimum seruat; dicitur. n.
 de Aquilone in Prou. cap. 8. Ventus Aquilo
 dissipat nubes; de sole verò in lib. Eccl. cap. 82.
 Sol illuminans omnia respicit; sic ad exortum
 Dei tanquam Aquilonis, vel solis omnes pec-
 catorum, scelerumq; nostrorum expulsa sunt
 nebula, & claritas animarum præcipua in nos
 ipsos inuenta. hinc in Psa. 17. Præ fulgore in cõ-
 spectu eius nubes transierunt, giando, & car-
 bones ignis.

Argues.

Angues fugientes Gemmante vite.

EMBLEMA LXV.

*Aude animo, quid mōstra paues? iā cortice gēmas.
 Vitis agit, gemmat vinea, flora nitet;
 Gemma Deus, Clorys, vitisq; & vinea Virgo,
 Hac nitet, hac gemmat flore decora sinum;
 Noxia fert violas an fuso Turba veneno?
 At cita, qua careant germine, tesqua petit;
 Halantis nē monstra ferant ita floris odorem
 In fera, Tartareo delituere specu.*

Refertur ab Isid. & Plin. multis in locis, gemmante vite Colubros, ac Buffones, & si quod aliud venenosum est animal, exire statim de vinea, cum odoris suauitatem, fragrantiamq; perferre minime valeant. Quæ res appositè accommodatur Natali Christi; Maria enim Dei Genitrix Vitis est; Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris; Gemma verò pullulans ex vite, & fructus est Christus. Est enim Botrus Cypri, ut aiebat spōsa Can. 1. Dilectus suus in vineis Engaddi; qua gemma prodeunte ex purissimo M. Virginis utero contriti sunt insidiatores, (inquit Per) conculcati supplantatores, confutati derogatores, & Beatam eam dicunt omnes generationes.

Eclipsis solis.

EMBLEMA LXVI.

Altior in medio Titan agit effeda Cælo,
 Et meta spatio distat utraque pari;
 Igne tamen caret en Tellus, ac perdit honores,
 Obiectuq; faces emula Luna tegit;
 Haud fallor, Sol ecce Deus iam deficit, ignem
 Luna tegitq; , caro vilis, & agra Deum;
 O mira Eclipsis, viden' omina? nuncia morti s
 Illa sua, vita nuncia facta tua.

DE Solis Eclipsi omnes Astrol. quæ tunc
 accidit, cum Luna nos inter, & solem in
 terponitur, quod euenire nunquam putat A-
 rist. lib. de motibus Planet. nisi in nouilunio,
 & in linea Ecliptica. Mysticè verò Luna inter
 posita, quæ solis Eclipsim parit, humana est ca-
 ro, quam Deus assumpsit. Qua verò ratione fa-
 cta sit hæc Eclipsis, exposuit Apost. ad Phil. 2.
 ijs verbis. Cum in forma Dei esset, non rapi-
 nam arbitratus est esse se equalem Deo, sed se-
 metipsum exinaniuit, formam serui accipiēs,
 en enim mira Eclipsis Diuini illius Solis, qui
 forma serui, humana scilicet carne Diuinitatē
 suam abdidit, & occultauit. Verum quia Solis
 Eclipsis vt plurimum nouum aliquid porten-
 dit, idcirco in conclusione bellè satis Eclipsis
 Diuinitatis Dei vaticinium exponitur, signū
 videlicet mortis Christi, & vitæ nostræ, iuxta
 illud, Mors mea, vita tua.

Hecuba

EMBLEMA LXVII.

Ciffais Paridem ueheret cum plenior aluo;
Defessa exhibuit somnia mesta quies;
Visa sibi nam ventre Parens enititur atram,
Ilios arderet qua ruitura, facem;
Hec Dea finge tibi, Cæli fax delitet aluo,
Dum Numen latitat, nitere, flamma nitet;
Illa sed Idæe tulerit cum tristia Troie
Omina, mortali hæc omina lata feret.

Satis benè Hecubæ parituræ casus, vt nascē
tis Domini beneficia in hominum genus
collata ostenderentur, hic ab Authore, propo
nitur; qui, quantum ego à pueritia didici, talis
fuit. Cum Priami vxoris Hecubæ partus inita
ret, fertur somniata vidisse ardentem se facē,
quæ vniuersam Asiam cōbureret, peperisse,
cumq; Ariolos ea de re consulisset, responsū
accopisse, futurum, vt infans, quem gestabat in
vtero, excidium pareret suæ Patriæ, vt in Epi.
Ouid. Paridis ad Helenam expressum est; Ac
rei quidem exitus vaticinium comprobauit; si
cut enim diuinarant Arioli, sic contigit; Et in
præsentia. Hecuba typum gerit M. Virg. Paris
Dei, sed à contrario probatur Christum flam
ma sua non excidium peperisse, quin imo be
neficium maximum mortalibus attulisse; nam
vt inquit Basilus, Ignis Christi fugauit Dæ
mones, malitiam excussit, resurrectionem potē
tia sua, & immortalitatem operata est, animas
Sanctorum illustrauit, & rationales virtutes
suffulsi. En quot, & quanta ab hoc igne bona
Pluuia.

Pluvia Veris tempore.

EMBLEMA LXVIII.

A Vrea septenis. effert ardentia flammis,
 Proximus aurata cornua Taurus omi;
 Hinc quoties tepido Cælum succenditur astro,
 Tellus florigenas arida sugit aquas;
 Sed mihi qui stillant meliores Aethere rores,
 Dum facili exoreris sydere mitis Hyas?
 Ridet odorato Cæli Clementia flore,
 Id superest, orner fructibus, hosce dabis.

IN capite Tauri septem sunt stellule, quas Hyades vocant, quæ quoties nascuntur, vel occidunt, pluuias procreant, quibus irrigata v̄ridaria flosculis, gemmeisque coloribus exornantur. Et in Emblemate ad Exortum Divini Verbi Cœlestem pluuiam pectus hominum irrigasse ostenditur. Descendit enim Deus, sicut pluvia in Vellus, & sicut stillicidia stillantia super Terram, vt inquit David Psã. 71. quo rore, & pluvia Tellus irrigata animorum nostrorum flores, ac fructus parturiat, vt hoc à nobis iure dicatur. Flores apparuerunt in Terra nostra, tempus putationis aduenit, ficus protulit grossos suos.

Hercules

Hercules in Cunis .

EMBLEMA LXIX.

Vel cubet Oeteus cunis vix editus aluo,
 Tu tamen inuisti robora cerne Ducis;
Inuida vipereos immittit Iuno Chelidros,
Vt dedat Puerum sibila turba neci;
Nil pauet, intrepidus risum quin edit ab ore,
Et deprensa manu noxia monstra necat;
Editur Alcides sed quanto fortior auris?
Non Ducis in Pueri, robora cerne Dei;
Cingitur hic geminis nece, crimine, colla Chelidris,
Et solo pueri N. mine fata ferunt.

Inter plurima inuictæ fortitudinis Herculis
 signa, vnum id, quod puerulus adhuc gessit
 in cunis, præcipuum video, secunda enim no-
 cte post ortum suum, vt quidam referunt, vel
 vt alij, post octo menses, sub mediam noctem
 ferocissimos duos angues à Iunone immisos
 ambabus manibus illæsus compressit, vt ait
 Theoc. in paruo Herc. & Ouid. in Deianira.
 Qua fabula, quâuis priscae illius ætatis Theol.
 indicare voluerint, vel à pueritia comprimenda
 esse omnia vitia, potest tamen satis apte
 Herculis pueruli facinus symbolum esse etiã
 fortitudinis Dei, de quo licet in cunis posito
 scriptum est, Delectabitur Infans ab ubere su-
 per foramine Aspidis. Isa. cap. 11.

Olor.

Olor.

EMBLEMA LXX.

Flebilibus diuine Puer concentibus astra
 Percutis, & querulos duplicat astra modos;
 Sed mihi vel tristi dulci tamen auree voce,
 Flexanimiq; rapis gutture Nate animam;
 Quid si elegi ualeant, & tristia carmina, latum
 Festiuis resonent ora sonisq; melos?
 Non ita flexanimes cantum lucentur Olores,
 Ut mihi me rapies, pectora, corda, animam,

Hoc totum affectibus plenum est, namq;
 animam sibi suam rapi etiam ex vagi-
 tum concentu Pueri Iesu fateatur Author, &
 per comparationem minorum sic inferen-
 do argumentatur. Si vagitus, & gemitus Iesu
 Pueri mihi rapiunt animam, quid fieret, si sua-
 nissimam eius vocem; lepidissimamq; excipe-
 rem harmoniam? que multo foret etiam dul-
 cior, ac suauior Olorum concentu? qui, ut ait
 Ambr. instante morte, cum soli inter cetera
 animalia gemere nesciant, cantum edunt
 pro gemitu lepidissimum; sicut hic Authori
 nostro Christi infantuli gemitus dulcissimus
 cantus videtur.

Nubes

Nubes percussa solis radio.

EMBLEMA LXXI.

*Atria quæ Cæli spatiatur candida nubes,
 Rore leui gravidata sinum, quam Tethyos ora
 Aethera sol vexit, si se sublimior Orbe
 Ille facis recto subiectam uerberet ictu,
 Solis inardescet radijs, Phæbaaq; fulgens
 Ora feret, solem cerneſq; è nube micantem;
 Cerue Deam, quali iam cingitur illa decore?
 Qua face, quo splendore nitet, quo gaudet amictus?
 Dum ferit Aeterni radius sibi viscera Solis?
 Sol è nube micat, tu suspice, flammeus ora,
 Et iacit huc, illuc ignes, hinc aurea Virgo
 Cæna nitet, roseosq; simul iaculatur honores.*

Nubes quantò ex purioribus vaporibus
 est composita, tantò maioris est luminis
 receptiua, vt omnibus patet; fingit igitur Au-
 thor in hoc emblemate leuissimam, & purissi-
 mam Nubem, radio Solis percussam, eique si-
 milem facit, M. Virginem, quæ nubes est can-
 didissima, de qua Isâ. cap. 19. Dominus ascen-
 det super Nubem leuem, & ingrediatur Aegy-
 ptum; nam quòd in ea Diuini Solis colluxe-
 rint radij, testatur apertè Ioannis illa infantu-
 li exultatio ad huius aspectum Nubis Solem
 Iustitiæ continentis; exultauit Infans in vte-
 ro meo; si libet, lege notationem ad Emble-
 ma 58.

Fons

Fons è rupe fluens .

EMBLEMA LXXII.

*Hic vident' excelsi muscosa crepidine saxi
 Desilit egelida vena perennis aqua;
 Dum fugit & riguis per amena rosaria rivis,
 Undique concepto cespite Terra vires;
 Sic Deus è summo delabitur Aethere, Terris
 Fons vivus gelidas ut iaculetur aquas;
 Floribus hinc gemment nitidis violaria cordis,
 Hinc mentes hominum Sydera picta ferant .*

HAc fontis imagine fluentis è rupe scitū
 facit Poeta, Deum O.M. tanquam fontē
 ad irriganda gratiæ suæ aquis viridaria cordis
 nostri de Cœlesti rupe, in qua nullus, qui Co-
 lumbe pennas non habeat, requiescere pote-
 rit, effluxisse, quod convenientissimè dictum
 est. Est enim Deus fons ille hortorum, Puteus
 aquarum viventium, quæ fluūt impetu de Li-
 bano, sicut & Rup. Abbas li. 4. in Cant. & Ber.
 Ser. 4. in Verb. Apoc. testantur.



Apis.

Apis.

EMBLEMA LXXIII.

*Cum primum tepidis mitescit Iuppiter auris ,
 Lenius & refluxis murmurat aquor aquis ,
 Floraq; millenis depingit honoribus Hyblam ,
 In viridiq; nitent sydera mille solo;
 Sedula per flores volitat, per olentia prata ,
 Hinc, inde ut mellis necetara libet Apis ;
 Ver nitet, ac tepido blanditur Lucifer astro ,
 Et dulcem reberat mitior aura sinum ;
 Diua volat Cœlestis Apis per viscera Diuę ,
 Cur ita? quò nobis dulcia mella legat .*

Velut Apem, quæ placidissimo Veris tē-
 pore vagatur per hortos, ut mel è flori-
 bus legat dulcissimum, Deum O. M. ad nos ad-
 uolasse per M. Virginis vterum, tanquam per
 amænissimū aliquod viridariū, ut fauū melleū
 beneficiorū nobis suorum ope componeret,
 hoc Emblemata significat, nec non prudenter;
 Nam etiam Ber. Christum Dominum aliquā
 do similem fecit Api, cū inquit, sicut Apis ha-
 bet mellis dulcedinē, habet & aculei punctio-
 nem, non aliter huius Apis, quæ Christus est
 mel & aculeum non ignorat, qui misericor-
 diam eius decantat, & iudicium cum Prophe-
 ta. Misericordiam, & iudicium cantabo tibi
 Domine.

Adamas

Adamas, qui frangitur alio Adamante.

EMBLEMA LXXIV.

*Qualis honos Adamante micat non inuidus astro,
Indita duri tres emula talis inest ;
Hinc ictus, temnitq; faces, sed frangitur Hirci
Sanguine, maiori siue Adamante minor ;
Caeli Adamas quã dulce nitet? quo, fulget honore ?
Indita qua Virtus? res agè pendè nouas ;
Hunc vicit, fregitq; Adamas Cœlestis Amoris,
Pars ita de Cœlo scilicet una cadit.*

Adamantis proprietate exposita, quæ in eo præcipue sita est, vt nulla re, vel ferro, vel igne confringi possit, sed solo Hirci sanguine, vel maiori alio Adamante, D. O. M. quasi aliquem Adamantem fuisse ante Verbi Incarnationem proponitur; tanta. n. eius fuit, tantæque immutabilis, constantissimaq; durities, vt nulla vnquam re adduci potuerit, vt laberetur ad nos, tamen si continuo exclamarent, testamenti veteris Patres; Rorate Cœli desuper, & nubes pluant Iustum; nisi tempore præfinito à Patre; tunc. n. Adamas fractus est quodammodo alio Adamante, cum Persona Verbi obtemperans Patri in has Terræ partes inferiores vestita seruili forma descendit; Atque quod Deus sit Adamas, nè inconsulto videat Auth. Deum Adamantis nomine compellasse, colligitur ex 7. Cap. Prophetiæ Amos, vbi leguntur hæc verba; Ecce ego ponam trullam in medio Populi mei: Septuag. vertunt, Ecce ego ponam Adamantem in medio Populi mei. Quem locum exponit. Hier. de Verbo Dei libr. 3. in Cap. 7. Amos,

Dr

In Ascensionem Domini Rex Salomon in Solio.

EMBLEMA LXXV.



*Affidet en Salomon Tyrio spectabilis ostro,
 Se, soliumq; penes Gens venerata iacet;
 Impedit huic dextram respersum sydere sceptrum,
 Ingenuasq; gravant aurea ferta comas;
 Sic Natus Genitore capit mædæamina Regni,
 Imperio populis & nova iura parat;
 Ostrum, sed sileat Salomon, & munera Gentis,
 Sed sceptrum manibus, sed diadema comis;
 Quam me lius Genito Genitor Cœlestis oranti,
 Sertaq; dat capiti, sc: ptraq; dat manibus;
 Purpurat Assyrio velatum corpus amictus:
 Et Cœlo flectunt sydera mille genu;
 Quin et iam hoc vno vincit, peritura quod ille,
 Aeternanda secus Regna sed iste capit.*

Tanta

Tanta est huius Emblematis perspicuitas, ut nulla ferè egeat notatione; clarum est enim ex ijs verbis 3. Can. extractum esse. Egie dimini Filix syon, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum Mater sua. Et præterea later neminem, ab omnibus fere Partibus verba hæc de Christo Domino ad Cœlos ascendente fuisse exposita, cum ipse etiam Christus se Regem esse Salomonem, & plusquam Salomonem scriptum reliquerit in Euangelio, Et ecce plus quàm Salomon hic.

Elias curru ignito in Cœlum vectus.

E M B L E M A L X X V I.

*Aethera Tesbites ignito cernit? ut axe,
Accensusq; iubas vertice tranet equis?
Eoa vehitur Terra clementibus Oris,
Hic ubi se foelix, auramq; firma beet;
An vident? ut melior Tesbites aera curru
Alter, & ignitis sydera vincat equis?
Oc; or inuehitur Cœli ridentibus Oris,
Hic ubi Cœlestes perpetuando beet.*

Heliæ raptus in Cœlum habetur in lib. 4. Reg. cap. 2. qui quidem egregiè Christi Domini Ascensionem expressit, ut apparet in Emblemate; sicut enim Helias ignito curru, flammatisq; equis in Aerem ascendit per turbinem, ita Christus Dominus Hiero. teste Angelorum ministerio euectus in Cœlum est, qui sanè Angeli tanquam igniti equi, & currus Domino deseruierunt; hinc illud. Ascende super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.

Cœlum

Cœlum vesperi lucens multo Sydere.

EMBLEMA LXXVII.

*Aspicen? Hesperijs exardens ignibus Aether
 Scintillante suos luce coloret agros?
 Mentitur speciem rosei pie Christe decoris,
 Qui nitet in niueis, dum petis astra, genis;
 Ille serenatos portendit Sydere campos,
 Exeret ut nitido Cynthius ore diem;
 Non secus ipse genis disperso lumine, Terris
 Portendis claros sole nitente dies.*

Communis est Astrol. obseruatio, quod si Cœlum vesperi multis exornatū sit stellulis, proximi diei serenitatem, sudumque portēdat; atque hoc accidit, vt Masael sentit, quod ipse stelle aerem suo lumine faciant puriorē: Quā ex re infert Auth. in Emblemate ex Christi Domini Ascen. futurum humano generi beatitudinis lucidissimum diem, colligi posse; cum eo tempore circum amictus syderum, ac Stellarum varietate Dominus regnaturus discesse it, decorem omnem, pulchritudinemque indutus. Psal. 92.



Palma.

Palma.

EMBLEMA LXXVIII.

Pondere deprimitur deiecto palmite palma,
 Et flectit virides mole grauante comas ;
 Tollitur at facto rursus conamine Cælo,
 Ponderus siq; adimas, ocyor alta petet,
 Ergò quid mirum, depressa sit Aethere palma,
 Nam caro mortalis pondera, Palma Deus ;
 Quicquid erat mortale cadit , sic leuior altum
 Euolat, & summo ventilat axe comas.

PAlmam non solum pōdere non deprimi,
 verum etiam attolli, cum ipsi docent Hi-
 storici, tum etiā Alciatus in quodam Emble-
 mate ; Ad cuius imitationem Author quoq;
 noster hoc Emblema composuit, quamquam
 aliò relatum; nam Alciatus ad laborum feren-
 dorum tolerantiam Palmę symbolo adhorta-
 rus est; Author verò noster Christi Domini
 ad Cælum ascendentis leuitatem expressit; nā
 sicut Palma quò grauiori pondere oneratur,
 eò sublimius, altiusq; extollitur, ita Christus
 Dominus, quò magis depressus fuerat, in pas-
 sione, hoc sublimius est prouectus in gloria:
 hinc Lucae 24. Oportuit pati Christum, & ita
 intrare in gloriam suam ;



Nubes

Nubes surgens è Mari .

EMBLEMA LXXIX.

*Hac. grauis Oceano consurgit ab æquore nubes,
 Stillande latitant qua vagus imber, aquę;
 Protinus ardentes, ut solis senserit æstus,
 Ditzbit grato nectare roris humum ;
 Vestiet hinc pictos dorso gemmante colores,
 Cumq; rosis, violis lilia sparsa feret;
 Surgit ab Oceano Cælos en altera nubes,
 Hac intus tenues quę latitatis aqua ?
 Fidite, manabit felici nectare roris,
 Almaq; diuinis corda rigabit aquis ;
 Discolor armabit geminosic munus honore,
 Sertaq; milleno sydere quisque feret.*

Fingitur in hoc Emblemate nubes è mari surgens, quæ demum Solis radio resoluta distillet pluuiam, cui similis esse traditur Christus, qui quidem & ipse nubes è Mundi huius Oceano ad altiora se transtulit domicilia, indeq; pluuiam voluntariam segregauit hæreditati suæ, & sicut ros Hermon descendit in montem Syon. Psal. 132.



Phœbus candida nube tectus.

EMBLEMA LXXX.

*Frigidus irradiat radijs candentibus Orbem,
 Nil mirum, candida elucet nube Phœbus;
 Nubila pellentur, roseo venitebit amictu,
 Clariori & diem duplicabit face;
 Depinxit Dius candentibus Aethera flammis
 Sol, nil mirum, è mortali lucebat nube;
 Nubila cesserunt, roseoq; superbit amictu,
 Et diem geminat clariori face.*

Respexit Author, ni fallor, in hoc Emblemate Christi Domini Transfigurationem, in qua teste Euang. Vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix; quod quia in eiusdem Ascen. factum fuisse confitetur Ecclesia, idcirco Phæbo nube candenti tecto similis esse Dominus perhibetur; sicut enim candida nubes efficit, ut etiam Solis ipsius radij candidi videantur, ita Christi caro candidissima ob puritatem effecit, ut Sol ipse Iustitiæ candidus haberetur; hinc Sponsa Cant. 4. Dilectus meus candidus, & rubicundus; candidus humana carne, rubicundus Diuinitate.



Theſeus.

Theseus.

EMBLEMA LXXXI.

Glossiacas dimittite oras, licet aquora Cymbis
 Tranare, & patrium Theseu abire solum;
 Nō manet alta Dorus, nusquam rediturus abiisti,
 Ora tuo monstri tincta cruore putat;
 Est tua sed dormito quia iam victoria Tauro,
 Cur non Actea pergis ouare domo?
 Informi nouus Argides en funera Monstro
 Et dedit, & patrijs pergit ouare plagis.

Theseum in Creteni adhuc Insula post
 Minotauri occisionem, reportatamque
 victoriam commorantem hortari videtur
 Poeta in hoc Emblemate, vt relicta tandem
 Creta ad Patrium solum triumphaturus se
 conferat; quod effecisse humani etiam gene-
 ris Seruatorem apparet in carminum con-
 clusione; edomito enim, atque interempto
 Dæmone Minotauro, qui hominum animas
 in tanto hoc huius sæculi labyrintho com-
 morantium deuorabat, gloriosissimus abiit in
 Cœlum, vt Lucę narrat Hist. Davidq; expref-
 sit inquiens Psa. 46. Ascendit Deus in nubilo,
 & Dominus in voce tubæ.



Thaumantias.

E M B L E M A L X X X I I.

*Qua roseo stellata genas Thaumantias ore
 Promicat, & vario ditat honore Polos:
 Multiplicem pictis mittens de nubibus arcum,
 Dulcis roriferas nunciat imbris aquas:
 Sed melius stellate genas, tu Diue per Orbem
 Versicolor roseo disijcis ore decus;
 Aethera dispersis pingisq; coloribus, hiscat
 Terra sinum, gratas nam dabit imber aquas.*

IRis describitur à Poeta, quæ & Thaumantias dicitur; de qua sic Claud. in lib. 3. de raptu Proserpinæ;

*Iuppiter intereà cinctâ Thaumātida nymbis
 Ire iubet, totoq; Deos accersere Mundo;
 Illa colorato zephyris illapsa volatu
 Numina conclamat, &c.*

De qua cum alibi quædam dixerimus, nihil est opus multis; vnū hoc ergò sufficiat, Thaumantidis decorem comparari hic cum venustate, & pulchritudine Christi; de qua sic Dauid Psa. 103. Confessionem, & decorem induisti amictus lumine, sicut vestimento.

*Alcyon*

Alcyon nidificans in medijs fluctibus.

EMBLEMA LXXXIII.

INtexit tenues ex spicis corollas,
 Quas palmes obeat vitis,
 Hisq; Alcyon marmoris medio compta
 Sinu nidificat, foetus
 Et parit, placidas & nunciat aquas;
 Sic se aquoreis Nauita
 Erigens animos fluctibus committit
 Ne magè exestuans equor
 Time, sed placidas augureris aquas;
 Ventis solue animosior
 Vela, en ethereo sese aquore tollit,
 Caelo ut nidificet Deus.

DE Alcyone Phyl. in lib. 5. de Hist. A-
 nim. Cap. 8. Theoph. lib. 1. Cap. 8. Plin. l.
 10. Cap. 32. & alij plures, inter quos D. Bas. in
 Hex. vbi leguntur hæc verba. Alcyon avis est,
 quæ mare accolit, quæ cum sit in maris littore
 parere solita, deponit oua in arena, & media
 hyeme nidum cõponit, quo maximè tempo-
 re ventorum impetu mare tempestuosum est,
 sed tum venti se remittunt, & ipsum mare cõ-
 pèscitur, cum Alcyon septem diebus. incubat
 omnes itaque, qui se mari committunt, id ob-
 seruant, eodque dies Alcyonius vocat; Quam
 auiculam probè scio pacis symbolum esse pos-
 se, quamuis ad alia irem significanda vsurpetur
 à doctis, vt in hoc Embl. in quo ex Christi A-
 scen. qui velut Alcyon volucris in tutissimo
 Cœli littore posuit nidum suum, spes nostrâ
 erigitur facilius, tutiusque ingrediendi eũ por-
 rum, de quo regius Psal. 75. & factus est in pa-
 ce locus eius, & habitatio eius in Syon.

Arenis turbatus fluvius

EMBLEMA LXXXIV.

EN male turbatas Euris conuoluit arenas,
 Que prius errabat lymphida, sordet aqua;
 Protinus ut partes aluci traherentur in ima,
 Enitidas liquido gurgite ducet aquas;
 Qui ridet niueo Victoris corpore candor,
 Et nitet, & liquidas quam bene mittit aquas?
 Sistite mirari, cessit Terrestria Terris,
 Purior ac Coelum lumine cinctus abit.

IN Lucae Hist. Cap. 1. habetur, quanta fuerit
 fidelium admiratio, cum Christus videnti-
 bus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab
 oculis eorum; ut verbis utar eiusdem Lucae; que
 quidem admiratio ex eo praecipue nasceba-
 tur, quod summa cum maiestate, in solitoque
 vestimentorum fulgore Coelos Dominus con-
 scendisset; ut refertur ibidem, & Poeta etiam
 noster docere voluit in hoc Embl. cum inquit,
 sistite mirari; causamque subinfert illis verbis,
 cessit terrestria Terris; facta comparatione cum
 fluuio, cuius aquas cum Eurus exagitat, turbi-
 dissimas cernimus; caeterum eadem aquae paca-
 to tempore, deicetaeque arena purissimum, cla-
 rissimumque sui exhibent spectantibus specu-
 lum.



Turtur

Turtur in Vlmo .

EMBLEMA LXXXV.

Ingemit aëria consistens Turtur in Vlmo ,
 Et sibi subrepta comparo tristis amat ;
 Cœcipit & querulo lachrymãtia murmura plœtro .
 Nec se flebilibus scit releuasse modis :
 Ergò quid lachrymis mirum, si Virginis ora
 Humeſcent, querulos reddat & agrã sonos ?
 Comparis ecce sui perdit solamina, Cœlo ,
 Is quia pergat ouans, hæc benè tristis amat .

Turturis hac imagine conquerentis in vlmo, B. Virginis lachrymæ ob Dilecti absentiam significantur in hoc Embl. Quemadmodum enim Turturem, vt ait Aug. tempore suæ viduitatis, vbique singularem, vbi que gementem videas, neque vnquam in ramo viridi confidentem, sic credi potest, B. Virginem confortio filij priuatam earissimo, dies suos continuis in lachrymis transegisse; de quibus sic D. Hier. Cogitate, & perpendite, quantis afficiebatur B. Virgo doloribus post Christi ad Cœlos ascensum; considerate, quocrucebatur amore, quouè desiderio. æstuabat hæc Virgo, dũ reuolueret secum animo, que audierat, quæ viderat, quæ cognouerat ..



De Natiuitate B.M.V. Ramus Aureus

EMBLEMA LXXXVI.



Explicat intonsis ramos quæ frondibus arbor,
 Et vernas Zephyri ventilat aura comas,
 Discolor eludens auri qua flamma refulget?
 Ramo; hic qualis serpere visus honor?
 Ficta aliàs, non ficta dehinc, qua luminis auras
 Exiliens Matris viscere Virgo subit,
 Pullulat hac inter quasi nostros aurea ramos,
 Et beat aurata lumina nostra coma.

DE Ramo aureo non pauci; sed in primis
 Vir. lib. 6. Aen. vbi sic
 lætetur arbore opaca
 Aureus & folijs, & lento vimine ramus,
 Iunoni inferne dictus sacer, &c. Quo quidẽ
 Ramo allegoricẽ multi prudẽtiam, sapientiã-
 quẽ intelligunt, cuius ope quicquid velit ho-
 mo;

mo; quantumuis arduum, ac difficile consequi non difficile potest; sed tamen conuenienter etiam in Embl. B. Virgo ramus hic constituitur aureus; sicut enim metalli quocumque genere pretiosius est aurum, sic iustis omnibus præstat, & antecellit. B. Virgo. hinc à sponso. Sicut liliū inter spinas, sic Amica mea inter Filias. Cant. 2.

Navis onusta gemmis;

EMBLEMA LXXXVII.

Dives Erythraeis felici pondere ab undis,
Cum subit Hesperios trabs Nabathæa sinus,
Gens omnis postis accurrit littore gemmis,
Ac stupet inuentas equore subter opes;
Non secus exposuit nostro vix littore foetum;
Virginæamq; utero protulit Anna Deam;
Cū stupet insolitam mare gemmā, sydera, Tellus,
Negligit ac reliquas, sic ubi spectat opes.

Totius Terrarum Orbis lætitiā, quam cepit ex ortu B. Virginis, explicat hoc Emb. Annæ facta comparatione cum illis nauibus, quæ quotannis ab Indijs in Hispaniam magno cum auri, et gemmarum pondere cōmeant; sicut enim appulsis ijs ad portum, expositoq; gemmarum pondere Ciues omnes accurrunt, visoq; thesauro maximopere gestiunt, sic ubi geminam omnium pretiosissimam B. nimirum Virginem, quæ tota pulchra est felicissima nauis exposuit Anna Sāctissima, totus hic maximus ingenti lætitiā perfusus est Orbis, Ecclesia sic canente. Natiuitas tua Dei Genitrix Virgo gaudium annunciauit vniuerso Mundo.

I 5

Rosa

Rosa inter spinas.

EMBLEMA LXXXVIII.

Pullulat implicitis ad Veris flamina spinis,
 Crinem purpureo tincta cruore rosa;
 Gravior adspirat flores tamen inter odorem,
 Unica neglecto quid sociata veperi;
 Aurea sylvestres dumos quasi purpurat inter,
 Intrat, qua vita limina Virgo rosa;
 Gravior atque adeo meliorem spirat odorem,
 Quod micat è medijs sentibus una rosa.

Probatur in hoc Embl. B. Virginem esse rosam, qua de re cum quædam alibi dicta sint, non est necesse illa cur repetam; solum hoc addam, spinarum nomine, inter quas natam esse B. V. dicitur, scelestos intelligi Authore Gregorio lib. 1. Mor. & Ber. Ser. 48. in Cant. quamuis alibi etiam multò expressius idem Ber. Euam fuisse spinam, Mariam verò rosam candidam, & rubicundam scriptum reliquit, inquit enim. Eua Spina fuit; M. rosa, Eua spinas vulnerando, M. rosa omnium affectus mulcendo, Eua spina infigans omnibus mortem, Maria rosa reddens salutem: M. rosa fuit candida per virginitatem, rubicunda per charitatem, candida virtutem sectando, rubicunda vitia calcando, candida Deum diligendo, rubicunda proximo compatiendo; hæc Bernardus.

De



D Espectat illimes natantium domos,
 Fugitq; vitreas aquas
 Anguilla, piscium omneq; ut commercium
 Perdat, limosis fluctibus,
 Cœnoq; semper emoratur sordidis,
 O Piscis ingenium bonum;
 Neglexit auratos propinquorum lares,
 Aureq; incendantes domos,
 Matrem, Patremq; amantiumq; singulos.
 Fastidians Diuus fugit;
 Enculta iuuat & Ferarum regias.
 Adire tesqua, ducere
 Proculq; vitam tustiozem coeteris.
 O ingenium viri bonum.

I Niuriam facerem huic Embl. si quid adde-
 rem explanationis; Sole enim ipso, vt sic
 dicam, clarius mihi videretur, ac dilucidius; in
 quo Anguilla, sic ab Angue vocata, vt tradi-
 dit Isid. confertur cum D. Francisco, in ea re
 verò præcipue, quòd etiam ipse more An-

guillarum Mundi huius cōtempserit excelsas
domos, pauperrimasq; casas sibi, suisq; piorū
stipe cōstruxerit; Seruatoris nempè nostri
secutus vestigia, qui singulari ergà nos sua
beneuolentia, cum esset locupletissimus, pau-
perrimus factus est, hinc illud. Vulpes foueas
habent, & volucres Cœli nidos, Filius autem
hōminis nō habet, vbi caput reclinet. Mat. 5.

Cometa.

E M B L E M A X C.

*Mitanti crine si iubatus verticem,
Ab arce faces prima rubentes vomat
Prodigiale iubar, Sydusq; Augurum
Cometa, visi recens Cœlo luminis
Stupore percitus nouum miraculum,
Nouos & auspiciaris radices bonum;
En noua fax nouum spargit decus
Mundo Franciscus, insolitis erubet
Flammisq; totus, fulguranti pectore
Quas Orbe ciet, auspicare iam bonum
Suum, tuumq; Cœlo beato frui,
Tibiq; fundere ad summum Deum preces.*

DE Cometa egimus in notat: ad Emb. 59.
quamobrem nihil hic existimo lon-
giori periodo opus esse. Vnum hoc habeatur
satis; Vt Cometa sydus est insolitum, non ex
aliqua Cœlesti natura, sed elementari ad sum-
mam Regionem aeris, virtute Solis attracta;
sic B. Franciscum Ecclesiæ Dei tanquam sydus
insolitum illuxisse; cuius rei fidem fecit certis-
simam humillima eius, sanctissimaq; viuendi
ratio, quæ talis, ac tanta fuit; vt veluti quid in-
solitum in omnium esse; admiratione.

Tada

Tarda militaris.

EMBLEMA XCI.

*Syluestrem manibus comis retractis
 Sacram conspicuis Tridente Diuis
 Pinum si pice vel litam, liquenti
 Vel tractes oleo, tenet sopitos
 Ignes, qua tamen altius repente
 Accendit validas faces retorta;
 Contactum lacero caput cucullo,
 Et corpus tunica tenere nostris
 Oris dum licuit, negavit ignes
 Optatos, datus at semel Toranti,
 Quas cepit validas ciere flammam
 Exardet facibus suis Olympus.*

EX Isid. lib. 17. & Plin. lib. 16. Cap. 10. quæcumque dicuntur de Pino, reperi B. Francisco conuenientissimè accommodari posse. Pinus enim, vt aiunt illi, exterius durum, rugisq; contractum corticem habet, interius vero humorem pinguem, & viscosum, resinamque desudat; quo circa ob eiusmodi pinguedinem facillimè in se ignem concipere, diuq; traditur conseruare. Quis autem huic carboni similior, quàm Franciscus? qui exterius rudi, pauperiq; habitu, solaq; tunica cõtentus fuit, interius autem virtutum omnium pinguedinem habuit? Hinc enim tantus erga Deum illius Amor; hinc crebri raptus, quibus vt plurimum corpus vnà cum animo in aerem transferebatur.

De



*Vesano gemini bacchantur flamine venti,
 Nixibus ac validis praelia saeva gerunt;
 Et tamen haud quatitur geminato hoc impete O-
 Firmior aggressu quin utriusq; manet; Olympus,
 Qui novus assurgit vertex, quam undique bella:
 Effera commiscunt Daemonis insidia?
 Negligit hic varias ast imperterritus artes,
 Nec quatitur, sit sed firmior hisce malis.*

A Trocia Antonij cum acerrimo humani
 generis hoste certamina exhibet Au-
 thores in hoc Embl. facta comparatione Anto-
 nij cum Olympo Monte, qui nullo vnquam
 ventorum quatitur impetu; & quidem tam
 singularis fuit Antonij, tamq; inuicta in cer-
 raminiibus virtus, tantum vt iniecerit metum
 timoreq; Daemonibus, vt vel eius audito no-
 mine ex obsessis corporibus egredi cogeren-
 da. sic refertur in eius vita.

De



*Cernit ut immanē Domitor Tyynthi is Hydrā
 Impetat, hęc tollat sed rediuisa caput?
 Ense ferit, mittat flamme certetur & armis.
 Hydra cadet, Victor fruidus ignis erit :
 Bella vide hic maiora, serox suppullulat Hydra,
 Ut ferro Michael prōlia, & ense facit;
 Fidito, succrescet non amplius, utitur igne,
 An uiden' è Cœlo precipitata perit.*

Meo iudicio nulla imago conuenientior
 ab Authore, quæ accommodaretur Mi-
 chaeli Arch. poterat excogitari, quàm Hercu-
 lis cum Hydra congressi; nam si legeris quæ
 in Apoc. de Mich. victoria referuntur, quæq;
 de Herc. in fabularum codicibus, profecto &
 Michaelē Herculem dixeris, & Herculem
 Michaelē, vterque enim Hydram, & Hydram
 septem capitum superauit. Lege quæ de Herc.
 Natalis Comes in sua Mythol. & quæ Ioan.
 in Apoc. de Michaelē.

De

*De Roma Cœlesti, Terrestris
Roma.*

EMBLEMA XCIV.

R *Epleat exuuiis dives si Roma theatrum,
Quàm pretiosa nitet, dum pretiosa legit ?
Incluta Cœlestum locupletat Roma theatrum,
Et fulget spolijs ditior aula suis;
Iam cerne, irradiat, gemmisq; micantibus ardet,
Quàm pretiosa nitet, qua pretiosa legit ?*

Quoniam Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, ut dicebat Apost. ad Rom. i. eam ob rem Poeta noster in hoc Embl. Terrestris proponit decorum Romæ, ut pulchritudo Cœlestis Romæ facilius dignoscatur. Nōmine verò Terrestris Romæ intelligere videtur Ecclesiam, quod ea caput sit omnium Ecclesiarum, quæ quàm sit similis Ecclesiæ Triumphanti, docet Ber. sermo. 27. in Cant. cum inquit; Exemplo illius, quæ sursum est Mater nostra, hæc quoque, quæ peregrinatur, habet Cœlos suos, homines nempe Spirituales, vita, & opinione cōspicuos, fide puros, spe firmos, katos charitate, contemplatione suspensos; qui pluentes pluuiam verbi Salutarem, tonant increpationibus, coruscant miraculis. sic ille.

Emble.

Emblemata affixa Romæ, in Aede restaurata S. Casarij, qui primus tempore Illustrissimus, ac Reuerendissimus Cardinalis Syluester Aldobrandinus ad eam Titularis accessit.

Sydera mutuantia lumen à Sole.

EMBLEMA XCV.

Lux nitet ò qualis Romæ? quæ sydera septem
Collibus effulgent ei aculata faces?
Cernè decus, Cælo contendere dixeris urbem,
Nec male, in auspicijs cum sedet illa tuis:
Luce nitet, sed luce tua, tuq; in clype Princeps
Accendis radios, distribuisq; faces:
Atrea sic quamais ostendent astra decores,
Aeternum radij munera Solis erunt.

Sumpta occasione à stemmate Aldobrandi
Snorum clarissimæ, nobilissimæq; Familiæ
Summis hic effertur laudibus à Poeta Illu-
strissimus Card. Syluester Aldob. atque in pri-
mis à fulgore, lumineq; virtutum, & Cardina-
litæ dignitatis, quæ omnia velut aliquot syde-
ra Vrbi Romæ mirabiliter illucent, tametsi to-
tam hanc lucem Illustrissimus Syluester, quæ
Romæ impertit, non aliunde, quàm ab ipso
Sole contraxit Clem. vid. Oct. Sanctissimæ re-
cordationis, eius Auunculo: cuius virtutes om-
nes vel ab infantia amplexatus, earum benefi-
cio ad summum Cardinalatus fastigium glo-
riossimè est prouectus.

Ad

Ad umbram Cupressi quiescens Puer.

EMBLEMA XCVI.

Dig erit erecto pallentes ordine crines,
 Obiecta q̄; tegit fronde Cupressus agros,
 Pulchra oculis, et grata coma est, sed gratior umbra,
 En cubat, & tuto Tros puer ossa leuat;
 Aude animo Princeps, quidni iam fidere fas est,
 Tranquillūq; hylares pectore obire dies?
 Dexterior Cupressus adest, hoc tutior umbra,
 Cæsario deinceps Auspice tutus eris:

Quo primū tempore ad summū Cardinalitiae dignitatis apicem Illustrissimus est prouectus Syluester, Templo D. Cæsarij antea quasi penitus diruto, postmodum à Clem. Oct. felicissimæ recordationis Pontifice Max. restituto, ac renouato Titularis præficitur: sub cuius umbra, tanquam Tros ille Puer fingitur sub Cupressu, tutiorē eum multo futurum pollicetur Poeta in hoc Emblem.



Jacob.

Jacob videns scalam.

EMBLEMA XCVII.

DEcidit antiqua quæ discior Ilicis umbra,
 Dum leuat Isacida corpora strata quies;
 Visa videt, Cælos pertingens culmine moles,
 Res mira, erigitur facta per astra via;
 Nec mora, discurrere citi per nubila Diui,
 Quos super innixi iussio Regis egit;
 Auguror, ecce tibi Syluester p. inditur astris
 Trames, inoffenso quæ gradicre pede;
 Perge aq̄, Cæsarij cole templz, piunq; precare,
 Elle viam sternet, Dux gradientis erit.

Habetur in Gen. Cap. 28. hæc visio Jacob, qui per somnium scalam vidit, cuius cacumen à Terra Cælum pertingeret, & per quam Angeli Dei ascenderent, & descenderent. Qua scala optimè teneo posse Christum significari Author. Aug. & Beda, vel Christi Crucem, vt Hier. & Cyrillus senserunt, vel doctrinam sacram, vt alij malunt? sed tamen hoc etiam reperi apud Ber. scalam Jacob typum esse posse Ecclesie, in qua inquit ille, sunt Angeli ascendentes, & descendentes, ascendentes, vt videant faciem Patris, descendentes, vt provideant nobis; cui adhærens Author in hoc Embl. præsto futuram docet Illust. Card. Syluestro tanquam scalam, qua Cælum conscendat, Ecclesiam Diui Cæsarij, cuius est Titularis.

Rupes.

Rupes in medijs fluctibus.

EMBLEMA XCVIII

ICitur hac gemino de fluctibus impete rupes,
 Obstrepit hinc Eurus, perfurit inde Notus;
 Firma tamen, nec lasa manet, nec frangitur aestu
 Vndarum, Hippotadis nec fera flabra timet:
 Officio par Diue aliàs, dum profusi in te
 Nec lene Imperium, nec valuerè mina;
 Sed modo quis certat? Syluestri gloria, quicquid
 Sors ferat, haud cedit perpetuanda loco.

Huius Emblematis argumentum conuenit cum Emblemate 92. de S. Antonio; in quo quemadmodum Antonij probatur constantia in certaminibus, ac contentionibus Dæmonum perferendis; sic in præsentia ostenditur, quanta fuerit D. Cæsarij fortitudo, quâ eximium robur in tolerando Martyrio; in quo sanè ita fortem se gessit hic Dei Miles, ut velut rupes agitata fluctibus, nunquam potuerit à sententia colendi Dei, & Christi Domini dimoueri.

Emble-

• Thus. •

EMBLEMA XCIX.

MVnera, quæ nullo frutices de semine sudant,
 Quæ fructu Pharij littoris ora sonat,
 Hæc superis pergrata seges, si concremet ignis,
 Seseq; in nubem soluat odoriferam;
 Sed melior tu Dine Deo, tu carior astris,
 Quilibet è medijs surgere odoris aquis;
 Ecquis odor? Cæli est, Syluestri qualis ab cætro
 Exit, ut exuperet, quas beat aura rosas.

Comparatur in hoc Embl. thure cum odo
 rifero D. Cæsarius, quæ sanè collatio, qn
 mihi probetur maxime, nō video. thus enim
 dicitur à tundendo, vt placet Ber. ac alijs ple-
 risque, eò quod tunditur sæpius, ac mollitur,
 vt sic tritum, iniectumq; in ignem facilius cō-
 cremetur, fumusq; ascendat aromaticus. Talis
 autem procul dubio fuit B. Cæsarius, qui pœ-
 nis multis, ac cruciatibus, quasi malleo quo-
 dam contusus, & in ignem coniectus suppli-
 ciorum odorem diffudit Deo gratissimum.

Daui

David ante Arcam.

EMBLEMA C.

A Vrea, dū plaustro vehitur Cœli arcula Regis,
 Ridet Iessai, quàm bene Musa senis:
 Diuinam feriensq; Chelym prait ante, choreas
 Integrat, inflexo guttore carmen agit,
 Aemule sed Princeps certas, te Casaris Aedes
 Concentu resonat, tu facis ire melos;
 Quale melos? Paphij cantu vos cedit olores,
 Orphee cede sonos, cede; Tegas Chelym.

DE choreis, quas duxit David ante Arcam
 Domini, de q; eius lætitia, ac voluptate
 habentur multa Paralip. lib. 1. Cap. 15. vbi &
 Regis iussio, vt quisque caneret. præ lætitia,
 clarè describitur ijs verbis Dixit David Prin-
 cipibus Leuitarum, vt constituerent de fratri-
 bus suis Cantores in organis Musicorum, cum
 Nablis videlicet, & lyris, & cymbalis, vt resona-
 ret in excelsis sonitus lætitiæ, cuius Regis san-
 ctissimi commendabile, ac laudatissimum opus
 imitatum esse Illustrissimum Card. Syluestrū
 hoc in Emble. traditur, cum eo die, quo pri-
 mùm ad D. Cæsarij Titularis accessit, sacras
 illas Aedes dulcissimis voluerit cantibus per-
 sonare.



Sol

Sol rectus super Pyramidem.

EMBLEMA CI.

PPyramis est, apicē qua tollit in Aethera Coela,
 Et super accensas Sol iaculare faces;
 Illuces, nec parte aliqua saxi imminet umbra,
 An qua recta citis orbita currit equis?
 Spes bona Romulida, vester sol altior ibit,
 Orbita Syluestri rectaq; semper erit;
 Nec locus hic tenebris, statio nec creditur umbris,
 Quidni? Caesarij splendor ab igne nitet.

Cum sol est meridiano circulo, qui transit
 per Polos Mundi, & per zenith capitis
 nostri, qui punctus directè est suprapositus ca-
 piti nostro, vt aiunt Astrol. ac diametraliter pū-
 cto, qui Nadir uocatur, oppositus, tunc omniū
 Philosophorum sententia si Obeliscus, vel qd
 simile per directam lineam supponatur solari
 bus radijs, nulla prorsus procreabitur umbra;
 Qua imagine Pœta noster, & ill. Card. Sylue-
 stri virtutum ornamenta, quibus tanquam me-
 ridianus quidam sol illucet Vrbi Romæ, & D.
 Cæsarij lumen præcipuum celebrat sanctitatis,
 quo Templum eius, toraq; Fideium, & Chri-
 stianorum Ecclesia mirabiliter fulget.



Abra

Abraham, qui tres vidit, & unum adoravit.

EMBLEMA CII.

Iscidum dum valle Pater per inhospita Mæbre
 Pergit, & alta æstus Ilicis umbra leuat,
 Aligerum de Pube adstant tria Numina, vidit
 In tribus æst unum delituisse Deum;
 Syluester, si tanta licent, te purpura Numen,
 Te facit oris honor, te pietatis amor:
 Quod si forte negas, libet hoc predicere, Roma
 Semidei senior nomen, onusq; geres.

Sanctissimæ Triadis vna Diuinitas ex hac
 Abrahami adoratione iuxta sanctorum Pa-
 trum Expositionem aperte intelligitur; verum
 quoniam & ipsi Principes, ac Reges cum ali-
 qua proportione, vt ipse etiam aiebat Demo-
 sthenes, Omnipotentis Dei imaginem quan-
 dam præferunt, quinimo omnes homines
 ad imaginem Dei creati, ut habetur in Gene-
 si; Est enim vt in Deo Vnica Essentia, ac tres
 Personæ, sic in quouis homine vna Anima, ac
 tres Potentiæ, Memoria, Intellectus, & Volun-
 tas; Satis commodè hinc Poeta tria summa
 aliqua veneratione digna inueniri fatetur in
 Ill. Card. Syluestro, honorem oris, decorem
 purpuræ, & amorem pietatis.

Ros.

EMBLEMA CIII.

Sydereo que gutta cadit per nubila Cœlo,
 Est fecunda, nihil dulcis, amara nihil,
 Mel tamen vda facit conspergens nectare flores,
 Hinc legit Ambrosiam, mellaq; libat Apis;
 Legisti tu Dine etiam sic mellea dona,
 Inclyta perpetuis quæ uiget aura rosis ;
 Ros erat haud dulcis, Cœlo sed dulcia fecit,
 Hac agè Syluestro mutua crede tuo.

Refertur hoc Embl. ad præmium Aeter-
 nitatis, quod in Cœlo assecutus est D.
 Cæsarius, ob atrociam, crudelissimamq; supplicia,
 comparata cum rore, quemadmodum obtemta
 præmia conferuntur cum melle. De rore enim
 qui scribunt, quorum nomina libenter præte-
 reo, tradunt hoc in primis ; rorem nullam in
 se continere dulcedinem, & nihilominus mel
 in floribus dulcissimū generare, sic verò acer-
 bissimi Cæsarij Martyris cruciatus, & poenæ,
 insuaues, minimeq; dulces fuerunt, cum tamē
 in Cœlo mellea dona eidem Martyri compa-
 rarint; de quorum suauitate David sic aliquā-
 dō. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ
 Domine, quam abscondisti timentibus te ?

K Nassis

Nauis cum imagine Castoris, & Pollucis.

EMBLEMA CIV.

Explicat Aegaeum quae lintea plena per aquor,
 At terit effrantes concita puppis aquas,
 Tuta volat, gemino Ladaquia Numine fisa;
 Inspice, Tyndaridum picta tabella docet;
 Vanas fides, sed vera refert; en duplicis Aedes
 Nititur hac vero Numinis auspicio:
 Nec nisi felici succedent omnia Caelo,
 Cum data Syluestro, dum sacra Casario.

Castor, & Pollux dicuntur à Poetis Iouis,
 & Ledaë Filij, qui cum adoleuissent, ma-
 re piratis infestantibus liberarunt; eaq; de cau-
 sa propitij olim nautis habiri sunt, qua de re
 lege Plut. lib. 2. Decret. Phylos. Cap. 18. Ouid.
 5. Fastorum, Laert. lib. 2. Cap. 2. Diodor. lib. 5.
 Cap. 5. & alios, quorum imago bellissimè ac-
 commodatur ab Auth. D. Casario & Illustris-
 simo Card. Syluestro; horum enim auspicio
 tanquam Castoris, & Pollucis, naucula, hoc
 est, Ecclesia eidem D. Casario dedicata, nul-
 lam timere potest incommodū, nullum dam-
 num.



Apis

Apis cum lapillo.

EMBLEMA CV.

Roscida qua verni violaria cingit Hymetti,
 Dulcia ut è violis nectara libet Apis;
 Turbine prauso, Cori ne concidat ictu,
 Se grauat exili pondere, tutu volat;
 Latus oua Princeps, altumq; pete Auspice Cælo,
 Iam quia Cæsario nitere, tutus eris,

Mirabilia sunt, quæ de Apibus Arist. Pli. Isid. & alij sed illud non in postremis, quod ab Authore nostro describitur; colligitur enim inesse nescio quid discursus in Ape, quæ quoties se extollit in aetē, lapillo se onerat, ut sic firmior, tutiorq; consistat contra tēpestatem, & ventorum impetum; Qua ex re occasionem nactus est Auth. Illust. Card. Syluestro augurandi; tutius eum ad altiora sub auspicio D. Cæsarij progressurum.



Angelus ante Ostium Paradisi.

EMBLEMA CVI.

O Sisa qua pictis radiant distincta figuris,
 Obſce quanta regit munera, quas & op: s?
 Ne ruat in fortes audax sed dextera valuas,
 Aliger insuſto fulminat ense minas;
 O que delitia vernant laquearibus adis;
 Qui decor aurato promicat equeſnu?
 Sed tamen audaci nē concidat impete, cura est,
 Credita Sylueſter limina fidus habes.

O Pimi Principis est, vt docet Arist. lib. 5.
 Polit. quæ suo sunt credita regimini,
 ac potestati dentibus, quod aiunt, & morſibus
 tueri, ac conſeruare, quamobrem vt eo inge-
 nio Illuſ. eſſe Poera indicet Card. Sylueſtrum,
 vicem ſcribit gerere Cherubini, Paradisi oſtiū
 cuſtodientis, quem, vt habetur in 3. Gen. col-
 locauit Dominus ante Paradifum voluptatis,
 & flammeum dedit gladium, atque verſatilem
 ad cuſtodendam viam ligni vitæ.



Veris

Veris tempus .

EMBLEMA CVII.

*Rura gelu qua claudit hyems, tristesq; pruinis
 Circum cana comas Coris argentibus aquor
 Asperat, Hybteis una est violaribus hostis;
 Virgultis hac una rapit, syluisq; decorem;
 Vna nemus squallere facit florentis Hymetti;
 Vix tepidos sed Phabe tuos Caelo exeris ignos,
 La sciuit Zephyriq; tepor, cum vestit honores,
 Induit inq; nouam faciem viridansis amictus;
 Saniit acris hyems Templo, sic sentio, Romæ,
 Surrepuitq; decus; sed ubi Clementia risit,
 Felici sonuitq; Aether ver Principe rursus
 Euret, & melius primos arguat honores.*

Hic agitur de restauratione Templi S. Cæsarij Romæ, quod præ vetustate iam dirutum, atque vastatum Clem. VIII. Pontifex Max. renouauit, eiq; Titularem constituit Illustrissimum Card. Syluestrum. Adobr. Nepotem suum; cuius Pontificis laudatissimum, dignissimumq; hoc opus cõparatur ab Authore cum Veris tempore. Nam cum antea Antæum serpentium, vepribus undequaque, spinisq; circumseptum Templum illud Diui Cæsarij videretur, ac si hyems perpetua obfuisset. Vbi veris tepor arripit, Cœliq; Clementia, restauratum fuit à Clem. VIII. pulcherrimū Deī, Angelorumq; omniū domicilium, ac veluti varijs depictum, exornatumq; flosculis viridarium.

Aeneas sacrum faciens Ioui.

EMBLEMA CVIII.

*Cypriæ vota Ioui soluit dum littoræ Natus,
 Erecta implicitis ara uiretq; comis,
 Euellit virgulta solo, sed vulsa cruorem
 Undiq; distillant, suspicor, omen habent:
 Ismarij Regisq; scelus, Polydore tuiq;
 Inde patent cineres, tristior urna patet;
 Quàm secus o Princeps sacrum facis, aurea circū
 Quæq; & flauenti tincta colore micant.
 Omen habent, tu totus es aureus, aurea mens est,
 Aurea cum facie pectora, corda geris.*

DE Aeneæ hoc sacrificio elegantissime sic Virg. lib. 3. Aeneid.
 Coelicolum regi mactabam in Littore Taurū;
 Fortè fuit iuxta tumulus, quo cornea summo
 Virgulta, & densis hastilibus horrida Myrth.
 Accessi, vii idemq; ab humo conuellerè syluā
 Conatus, ramis tegerè vt frondentibus Aras,
 Horrendum, & dictu video mirabile mōstrū.
 Nam quæ prima solo ruptis radicibus arbor
 Velli, hinc atro liquunt sanguine guttæ. &c.
 Quæ res, vt ex carminibus, quæ subdit Vir.
 licet perspicui, Mortis Polydori ibidem, interfe-
 cti, ac sepulchri omen fuit. Quemadmodum ve-
 rō sanguis ille, qui liquebatur è frondibus in-
 dictū extitit effusi sanguinis Polydori, sic Au-
 thor in hoc Emblemate ex tectis Templi Di-
 ni Cæsarij, Akaribus, Tabellis, ac parietibus
 aureis auream esse colligit Titularis Illustrissi-
 mi Cardinalis Syluest. mentem, aureū cor, au-
 ream faciem, & omnia aurea.

Myr-

Myrtilus natans cum Clypeo.

EMBLEMA CIX.

O Buisa districtis qua pelta occurrerat armis,
 Cernite, pro Domino restitit hostis aquas;
 Quæq; salus bello fuerat, fuit equore virtus;
 Tutæq; nauis fragant litora ad usq; tulit.
 O tibi qui templo Clypeus, tibi peltaq; Princeps?
 Si sapias, arreptam, Myrtilæ cede tuam,
 Auspice non metuent Syluestro tecta ruinam,
 Auspice Syluestri laus neq; Cæsario.

IN quodam Iulij Leonidæ Græco epigrammate de Myrtilo hoc legitur latinè versū.
 Effugi geminum clypeo discrimen in vno
 Myrtilus, & pugnans fortiter, atq; natans.
 Arripuit Clypeum de pressâ flamine pappi,
 Fluctibus oppressum, belligerisq; viris.
 Simile quiddam, quod accidit Myrtilo, accidit
 & Alex. ut habetur in eius vita, & lib. 4. Apophth.
 qui cum Nissam esset expugnaturus, videretq;
 milites deterreri fluminis, quod Ciuitatem præterlabebatur,
 profunditate, exilij, & me omnium miserimum exclamans,
 qui natans non didicerim; moxq; Clypeo pro subere
 insidias primus tranauit; Ad horum similitudinem,
 ac præcipuè Myrtili, pollicetur Author in hoc Emble.
 Illust. Card. habiturū se fidissimum Clypeum,
 quo sine aliquo periculo tranare possit
 Mundi huius Oceanum; hoc est Templū
 S. Cæsarij, cuius est Titularis.

K 4 Perseus

Perseus Medusam interficiens.

E M B L E M A C X .

P *Alludia Inachides armavit ut egide pectus,
Terror abest, laudis pectora torquet amor;
Exardet virtute ferox, in praelia poscit,
Precisa & Victor Gorgonis ora refert;
Hæc nè Sylvester, habes imperuia telis
Arma, quibus fausto praelia Marte geras;
Cæsarij te munit amor; Spem concipe, pennis
Aurea candidulis iam tibi Palma volat.*

F Abulantur Poetæ Palladem miserâ mor-
taliū calamitatum, cum pleriquè in lâ-
pides à Medusâ propè Paludem Tridonidem
vererentur, Perseum Iouis, Danaesq; filium
ad obruncandum Medusæ. Caput misisse, ei-
què arma, quò præstare id posset facilius, sub-
ministrasse, quibus armis munitus Perseus
nullo negotio fecit, quod debuit. Lege Hesio-
dū in Scuto, & Ouid. lib. I. de Ponto. Quod ve-
rò Illust. Cardinalis Sylvest. Aldobr. præposi-
tus est Ecclesiæ S. Cæsarij, pari ratione asse-
uerat Poeta, arma illi satis, firma fuisse tradita,
quibus protectus nullum metuere possit incō-
modum, nullum penitus detrimentum.

Atlas

Atlas dorso Orbem sustinens.

EMBLEMA CXI.

Fabella est, & vana docet, fulcitur Atlantis
 Moles celsa humeris.
 Haud solito cessura loco, sed sidera Coelo
 Aurea dum fuerint,
 Et Phoebum radij ornarint, & cornua Phoebem
 Sarcina Atlantis erit;
 Nunc age Caesarij Princeps te nititur Aedes,
 Fabula vera tibi est;
 Mox enim, nec vana fero nitetur & Orbis,
 Vt sis verus Atlas;
 Exiguus assuesce igitur, constantior annis,
 Sæc grassiora feres.

Habemus in hoc Emblemate Illustrissimum Card. Syluest. esse velut aliquem nouum Atlantem, qui suis humeris Orbem sustinuit, vt est in fabulis; Quod uidelicet tota cura Ecclesie Sancti Coelarij sit demandata; quanquam eadem imagine uideatur Author nescio quiddam altius, ac sublimius eidem Illustrissimo praesagire, cum inquit, Nitetur & Orbis, vt sis verus Atlas.



Virgo corollam texens in horto.

EMBLEMA CXII.

Asfidet enitidis gemmato floribus horto
 Virgo, puellares inter habenda Deas;
 Lilia cumq; rosis mixta, & violaria vident,
 Serta novis heret complicitura modis;
 Quis vellat, texatq; prius, quidue inserat, arte
 Impar Dedalee nē videatur opus;
 Auguror, illa tibi vellet noua stemmata Princeps
 Texere, qua virtus, Religioq; petit;
 Hinc metuit, ne digna neat, sed fide, corolla
 Florea dum netur, gemmea trina cadet.

Quoniam perfectæ virtuti nullum tribui
 potest æquale præmium, vt docuit Arist.
 lib. 4. Eth. propterea Author vt noster
 Significet in Illustrissimo Card. Syluest. perfe-
 ctum inesse virtutum omnium culmen, atque
 fastigium, Virginem quandam affingit (& for-
 tē allegoricè Romam intelligit,) quæ sibi ipsi
 satis non faciat in componendo eidem seruo,
 sed pulchrius semper, atque ornatius adiectio-
 ne recentium florum conetur efficere.



Vitis

Vitis alligata marito.

EMBLEMA CXIII.

Nectare dulcis amat sp̄sum complexa Lyco,
 Precumbit Vitis pendula deq; sinu;
 Et sponsę respondet Amans, sic mutua utrinq;
 Certant officij munera, par & amor;
 Symbola Cæsarij, Syluestriq; unica Amoris,
 Hic amat, is redamat; nec satis ullus amat,
 Officijs urgentq; pijs, hic aurea Tempus
 Seruat, is eternum dextera queq; rogat.

VItem à vinciendo dictam tradidit Hido-
 rus, quia, inquit, vincitur, & ligatur
 proximis cum arboribus; cuius rei imaginem
 apposuit hic Poeta, vt mutua Diui Cæsarij
 erga Illust. Card. Syluestrum Benevolentiam
 declararet. Vitis enim alligata marito, mutua
 consuevit esse symbolum benevolentia, quæ
 quod pertinet ad Diuum Cæsarium, & Illust.
 Card. in eo præcipue posita est, quod hic au-
 reum Templum seruet dedicatum Diuo Cæ-
 sario, ille vero felicitatem omnem, beatitudi-
 nemq; precetur Illust. Card. Syluestro.



Simulachrum Martis, & Palladis.

EMBLEMA CXIV.

Bina notę referunt olim quę Numina vulgo,
 Hinc nixus Mars, Pallas & inde sita est;
 Cristis ardet utriq; caput, micat Aegide pectus,
 Lęuam parua premit, dextera ferra tenet,
 Et tamen haud seuire libet, tranquilla sed urget.
 Sic quia læta quies, otia uterq; facit.
 Quidni Cæsario peragantur & otia Cælo,
 Pręlia sollicitum quem tenuere solo?
 Fide comes Syluester eris, sed munia Romę
 Cępisti, intereā perge, trophęa feres.

EX studiorum, voluntatumq; consensu ve-
 ram nasci Amicitiam, & pacem Arist. li.
 8. Ethicor. testatur; quare cum Mars commu-
 ni Poetarū assensu sit creditus bellorū Deus;
 cui propterea iisdem Poetę Timorem, Iram, &
 clamorem comites addiderunt; & Pallas etiam
 Inuentrix belli sit habita; vt scribit Cicero lib.
 3. de Nat. Deor. Hinc factum est, vt cum eadē
 essent studia Martis, & Palladis, non potuerit
 non esse mutua inter ipsos maxima beneuo-
 lentia, quamuis sæpe numero contrarium in-
 ter homines accidat, figulus enim figulum
 odit, vt est in Prouerbijs. Propterea verò fa-
 ctum puto, vt ex antiquis pleriq; suis in stem-
 matibus vnà cū Pallade Martē coniunxerint;
 vt innuerēt horum duorum effigiem symbo-
 lum esse Pacis, & tranquillitatis. quam ipsam
 Imaginem apposuit hic Poeta, vt typus item
 esset perpetuę tranquillitatis, ac pacis, qua iam
 Diuus Cæsarius in Cœlo perfruitur, Illust. ve-
 rò Card. Syluest. in eodem fidei studio perse-
 uerans fruiturus expectat.

Finis Secundi Libri

CHRISTOPHORI
FINOTTI VENETI

Cler. Reg. Cong. Somaſchæ.

ELEGIARVM
LIBER TERTIVS.

*In Aſſumptionem Beatæ Mariæ
Virginis.*

PRIMA ELEGIA.



*S*ydereas parat ire vias, Cælo atrea Amantis
Scilicet Ambrosio Diva beanda sinus,
Cœlestes estura dapes, & nectara Amoris,

Et

Et Dea delitijs, & fructura toros,
 Huc agè qua felix aeternas accolis Oras,
 Obuia Pennigerum candida Turba veni,
 Occursum pia Turba veni, mihi credite, vestro
 Nil unquam fuerit dignius officio;
 Cingite flammeolis fulgentia vellera baccis,
 Et clamys ad medios defluat alba pedes;
 Aerea candenti redimicula nectite collo,
 Mulrus inardescat torquequè mixtus onyx;
 Gemmea sic laua, sic ponite vincula dextra;
 Claraquè de digitis lux operosa micet;
 Candida quisque pedi niveo talaria nectat,
 Purpura sed soccum, sed bene pingat ebur;
 Mox humeris aptate alas, velocior auras
 Findat ut athereas pennæ seteq; vias;
 Pandite sed tandem reuoluto cardine postes,
 In pompam verno spargite odore Polsum;
 Lilia sint violis, sint mixta amaranthea toto
 Vertice ferta rosis, calthaquè mixta thymo;
 Hinc obeant facilem florentes Aethera nymbi,
 Quàm decor & vernat, tam benè spiret odor;
 Oblectet reducemq; Deam, cui militat Aether,
 Et cum syderibus Delia, Solq; nitet;
 Idm nequè vos pudeat dextris per mutua nexis
 Aera per nitidum conseruisse choros;
 Hac Dea vestra, olli pigeat fecisse triumphum?
 Sternere sit pompam sed venuisse pudor;
 Hoc benè, letanti quia curritis undiq; gyro,
 Hoc benè quod velox labere Turba Polo,
 Arteq; dissimili feriens modulamina plectri,
 Intentasquè si des, edis amena sonos,
 Hoc benè, quòd pompam Diuè facis Aethere, pōpa
 Qua nunquam toto clarior Orbe fuit;
 Cynthia quam cornu gemino, quam lucifer ornat
 Respersus

Respersus roseas Cynthia igne comas ;
 Astra parant quam mille axis facto agmine tecto,
 Et gaudent Coeli gratius ire vias ;
 Et bene, quod lepidis demulcens vocibus auras
 Effundis dulces ore sonante modos ;
 Carmine sic laudes pangis, sic gaudia Diva,
 Effers Virgineam sic per inane Deam ;
 Personat hinc Aether Maris, illinc nomine Sponse,
 Hinc Orbis Dominus, verticis inde Deus ;
 Plaudite diu sed sacra Cohors, rideque canoro
 Gustare, Sydereum dum subit Alma torrens ;
 O ego si possem famule me iungere Turba,
 Ut vellem, propior si coluisse Deam,
 Officium prestare meum, famularier uni,
 Et servam Domina supposuisse manum,
 Ut supplex Divam colerem, ut mille oscula plantis,
 Ut post mille, pedi basia mille darem ?
 Ut choreas agerem, cantus, plectrumque moverem ?
 Sed nequeo, Terris me mea vincula tenent ;
 Et tamen ipse mihi Coelestem fingere pompam
 Arte scio, ut possim, vertice totus eo ;
 Mentis opus, video, tu sed ne despice Virgo,
 Ulterius vellem, sed voluisse satis.

DE TRIUMPHO B. M. VIRGINIS.
Elegia Secunda.

Phebus amat vidisse tuos Virgo aereas honores,
 Et sociata suo Calliopea Choro ;
 Cernite, ut incedant pictis nive vestibus, ostrum
 Ad niveos humeris defiliatque pedos ;
 Crinibus ut pexis flamentia fila vagentur,
 Et seriat resonas aera sonora comas ?
 Quas Helicone die legerunt colle recenti,
 Purpureisque gerant tempora cincta rosae ?

Ut minio ardent ore genę? nix insicit offritum;
 Sanguineasquę notas Dius honestat. Amor;
 Lilia ut albescunt teneris candentia dextris,
 Ut pompequę nihil, nilquę decoris abest?
 Sic iuuat excepisse Deam, coluisse Tonantis
 Sponsam; facta Deę tibi dona cape;
 Parua ferunt grandem testantia munera Amore;
 Collige, nam paruis est quoquę rebus honor;
 Calliopea recens. textam de flore corollam,
 Et vario pittam cespite donat. Amans;
 Aureasila Chelys; donat noua carmina Phębus,
 Soluit. tibi in laudes ora diserta tuas;
 Salue Diua Choris, Cęli lepor omnis, & Orbis,
 Cęlituum salue; Ferrigenumquę decor;
 Lux, splendor; radius; roseum inbar Aetheris alti,
 Illucens raudia fax & utriquę Polo;
 Lampade splendidior; roseisquę decentior astris,
 Cynthia quamquę recens, & magis ora decens;
 Mater, virgineo. labis. sed nescia. ventre,
 Sed nulli pror. sus pericia facta tui;
 Quam primisvę Deus caram sibi legit ab. annis,
 Sacraquę diuinis ora rigauit aquis;
 Plena sinum Cęlis hinc. Dio Nicæinis. ha. ssem.
 Ferres Diua aluo non temerata Deum;
 Omnia cesserunt benę, fauit curia Olympi
 Tota tibi, totus sic tuus Axis erat;
 Laudibus & poterasthis. fastia quiescere, unum
 Te iubet ulterius tendere Diua Amor,
 Astraquę Cęlestis sphaere super aurea uectam
 Felices omni tempore obire dies;
 Et supero thalarni sociatam fœdere Regi
 Diuinis opibus, delitijsquę fruis;
 Hic sponsi solio sponsam, sceptrisque potiri,
 Et toti fecum iura dedisse Polo;

Ergo.

Ergo tibi duplicem contingit ferre coronam
 Matris, & Aethereus quam dedit Axe Chorus:
 Non hæc neta rosis, pictis nec floribus halat,
 Debita sed Sponsa sydere clara nitet;
 Hinc Dea semper eris superis gratissima Divis,
 Qui reddent studijs premia digna tuis;
 Sic tamen hæc placeant, qua dona exilia dantur,
 In vota ut veniens hinc Dea grata seras.

Ad B. Virginem Triumphantem.
 Elegia Tertia.

Aetheream super astra Deam per inania ferri,
 Ut pompale Charis vidit & alma decus;
 Purpureas mirata genas, frontisq; decorem,
 Inditium niuea nobile mentis, ait;
 Edita felici radiantibus Aethere flammis
 Salve, & perpetuum Dia puella vale;
 Regis amor superi, Divumque æterna voluptas,
 Cœli delicia, divitiæq; soli;
 Sydereæ lux una facis, Splendensior astris,
 Fax Solis, rustulo lumine Sole prior,
 Flamma senescentis, semper sed vivida Luna,
 Sed noctis roseo clarior igne Dea;
 Empyreæ splendor sedis, felicior Orbis
 Meta, scopus superi verticis, atq; Dei;
 Cloridis innocuum Ver udo frigore, Anethi,
 Et niuea viola gratia, odorque rosa;
 Sed tamen ore rosis, violis, & germine Anethi
 Gratior, & florum Veris honore Dea;
 Ditis opes Thetidis, ridentis fulgor Achate,
 Lux onycis, bacca flâmeoleq; nitor,
 Luce onycis, baccaque tamen magè lucida crinem,
 Et gommis melior, ditior & Thetide;
 Matris

Matris honor, mea cura, tui noua gloria sacri,
 Digna ab odoratis nomina ferre rosis;
 Labra quibus certant Diua, tua Punicæ labra,
 Nectare, & Ambrosio dulcia melle magis;
 Quas fingit fulgore oculus, dum lumina quassat,
 Mitius accensas & facit ire faces;
 Picta quibus Tyria contendit purpura vestis,
 Quam cœlestæ Dei dextera neuit acu,
 Quas tu tota decens, artus & lucida gemmis,
 Oris odore refers, sanguineisq; genis;
 Hoc decus æterni tibi conciliauit Amorem
 Regis, & hoc pectus, cor ferijtq; Dei,
 Viscera traxerit non vno cuspidis ictu,
 Ictu multiplici vulnera multa dedit;
 Saucius hinc languet Cœlis, agrescere nescit
 Quiq; agrescit Amans, corde, animoq; tenus;
 Sed modo dū faciem inspexerit, Dea Virgo, valebit,
 Dulcia diuinis oscula detq; labris;
 Ille tibi roseos cinget diademate crines;
 Ille tibi æterni nominis Auctor erit:
 Hactenus, & niuea defigens suauia planta,
 Præsto est obsequijs officiosæ Deę;
 Hic risit Virgo Cœlo fruitura Tonante,
 Mutuaq; obsequijs rettulit obsequia:
 Mox iter Aligerum pennis volitando peregit,
 Seseq; æthereis intulit Alma Choris:
 Diua vale Superi thalamo dignissima Regis,
 Saluæ sydereo digna Puella toro.

DE B. VIRGINE TRIUMPHANTE.
Elegia Quarta.

Hinc pœul ò lachryma, metus hinc, fraus improba,
 Et curis animæ vulnere, corq; ferit; (quit quid
 Ætheream

Aetheream dum Clio Deam modulamine plectra
 Accinit, equatis prosequiturq; sonis;
 Hanc ardet coluisse, ardet melos edere, cantus
 Huicq; studet, modulos & cecinisse suos;
 Cui quis honore parem, similem viditve Puellam?
 Fulgere quis radio vel meliore diem?
 Tale nequè in prima nascentis origine Mundi
 Eluxit roseo pra face Sole dies;
 Hunc neq; crediderim verum vixisse tendrem,
 Cespitè Terra licèt picta, rosisq; foret;
 Sertaq; tum primum legeret, videntia ferta,
 Rideretq; omni germine amicta sinum;
 Et Coelo extulerit facibus cum mille rubentis
 Luna decus frontis, purpureasq; comas;
 Iam satis occlusi Virgo tecta obijce saxi,
 Ex quo lethalem senserat Alma diem,
 Mens pia sydereis felix successerat Oris,
 Ore sed aeternum perfruitura Dei;
 Tandem sublimi Rex insit ab Aethere, Terris
 Pignora Virginea sat iatuere Deq;
 Et bene habet, sic nostra tulit sententia, sed iam
 Sedibus aethereis tollere poscit Amor:
 An patiar, me què genuerunt viscera, collum
 Quod tener impedij, decubuisse solo?
 An patiar, cineres in putres soluiet oris
 Vnum flore decus, labraq; punicea?
 Vbera què suxi? proffit genuisse Tonantem,
 Sit cecidisse suum, sit reparasse meum;
 Illicet è Terris Virgo reuocetur ad astra,
 Vt Coeli mecum regia sceptrà ferat;
 Ite alis celeres, niuea properate Phalanges,
 Exigite è gracili membra sepulta toro,
 Pompali & Coelo reducem deducite gyro,
 Inq; meo Dinam dulcè locate sinu;

Eatus

Fatuus erat, fertur celeri per inane volatu:
 Aligerum Pubes, Aethera penna secat;
 Astitit utquè Deo tumulo, radiantia frontis
 Exere prona, inquit Sydera, pande decus;
 Exerere in vultu roseo, resonantia verba
 Ede, gena rubeas profer eburna rosas;
 Surge Dea, en Dilecta Deo, prelecta Tonanti,
 Surge Parens Virgo, Cynthia, surge Dea;
 Illa excita foris surgens effulsit, ut inter
 Mane nouo vepres purpurat ore rosa;
 Vndis ut respersa tuis Tythonia crinem
 Lumine sydereum pingis amicta Polton,
 Clarior & nitidos oriens trahis Orbe colores,
 Aether quò tenebris nigravit antè magis;
 Surgenti interea famulatur Cœlica Turba,
 Officijsquè studet gaudia ferre suis;
 Pars ligat illa comas, geminis pars ista coronat,
 Pars crinit varijs officiosa globis;
 Mic aptans Clamydem, baccata monilia, necit,
 Ille manus violis, datquè nitere rosas;
 Induit ille suum torque, hic adamantu decoris
 Auribus innectit, quàm speciosa Dea?
 Sic sed compta Polum pergiti, iam suspice, Cœli,
 Traiecit superas en Dea Virgo vias.

IN ASSUMPTIONEM B. VIRGINIS.

Elegia Quinta.

Quisquis ades, cane lata, animo nò gaudia tondè,
 Hinc animi, mentes sollicitaquè procul;
 Euolet hic sine nube dies, & festus agatur,
 Cœli delitias quo Dea Virgo petis,
 Sydereis deuecta toris, Dinuniquè Phylanges
 Inter ouas, plantis astra pedumquè teris;

Luoc

Luca sacra Borea ponat vis effera, Caucasos
 Antris Hippotades Aeoliisque premat;
 Aura levis facili flabro delinuat auras,
 Aequoraquæ irato murmure nulla sonant;
 Effrenes pelagi compeſce Tridentifer undas;
 Et leuis æquoreas mulceat Auſter aquas;
 Pacem agitent elementa, nouo ſe ſcedere neſtant,
 Fœdere, quod nequeat ſcindere ſera dies;
 Sint quauis tranquilla; iubet Deus; ÷ mihi præſens
 Gratia laudanda ſis comes alma Dea;
 Thaumantis ſis fida comes prænuncia lucis,
 Praſerat & roſeas Lucifer ore faces;
 Tu Tyrios redimito ſinus, tu Dio ſacerdos
 Leta cane, & ſanctis labra reſolue modis;
 Accinat aſſiſtens circumquæ Chorus, bona dicat,
 Feſtaquæ in numerum verba canenda die;
 Quod licet, ipſe ſacros Cœlo Deæ Ouantis honores
 Voce ſequar, modulis clara trophæa feram;
 Sic raucus Paphios inter ſtrepet Anſer Olores,
 Iſmariaſ Cornix garrula & inter Aues;
 Vt te Orbi naſcente, Orbis vaga ſecla tulerø,
 Nil maius, melius ſecla tulerè nihil;
 Nàm quo nata die es, primum lux candida fulſit,
 Denſiſquæ è tenebris clara refulſit humus;
 Diuinitum ſenſa animi, ſecretaquæ pandi
 Cœpere, & Vatum certior eſſe fides;
 Laxate patuere fores; & limina Olympi,
 De Terris Cœlo libera facta via eſt;
 Tranante Aethereas Virgoſic te aurea Sphærâs,
 Nil potius, nil & gratius Orbis habet;
 Et quia diuini thalamo coniungere Regis;
 In bona colludens gaudia totus abit;
 Te laudat, Diuſquæ canit per ſæcula nomen
 Vinet, & æternæ gloria laudis erit;

Salus

*Salve Coelstum splendor, salve aurea Virgo,
 Unica sollicitis spesq̄, salusque reis,
 Quę sauis, rapido iactatis equore, nymbis
 E Caelo adspirans aura vocata venis;
 Quę sessis es vera quies, latumque dolenti
 Solamen, quaque est auspice triste nihil:
 Per te, qua indulges precibus, miserero rogantum,
 Te rogo per laudes candida Virgo tuas,
 Huc ades, & fessa prebe requiescere Genti,
 A sauisq̄ animas eripe turtinibus.*

AD B. VIRGINEM COELO
 Assumptam.

Elegia Sexta.

Quà primum raseo curru sol exeris ortum,
 Et quā deciduis mergeris amne rotis,
 Et potor Algētis Rhēni, & Maotidās undę,
 Phabais quē vixi quem plaga fusca comis,
 Inclyta ubique tuę scintillat gloria laudis,
 Nomen concelebrant & Dea quique tuum;
 Nubila te Caeli metuant, te marmoris unda,
 Aeolię te acies, & fera flabra timent;
 Sed quidni? Domina officij bona iura ministrant,
 Quę ratione licet, prona coluntque Deam;
 Occiduo sic Sole, nouo sic syderis ortu,
 Omnis te cumulat laudibus, omnis amat,
 Lilia Virginei pratendens signa pudoris,
 Nam tibi iussa Dei Nuncius alta tulit,
 Et fore Virgineam dixit Caelo auspice Matrem,
 Inq̄, tummut flueret Numen ab axe sinum;
 Hinc afflata Dei comixa es Pneumate foetum,
 Rotata ut flores edere visa rosa;
 Ut parit electrum sine semine Populus aureum,
 Innuba

*Innocha caelesti munere facta Parentis
 Hic ubi lethales terstiq; aspergine sordes,
 Tanariaq; fera ferrea vincla scidit,
 Vidisti è tumulo prima exiuisse figura,
 Veraq; pacifero verba referre sono,
 Aeterni mox Tempia Patris, Coelestia tecta,
 Et pede sydereas lenè ferire vias;
 Tum sacer è Coeli delabens Spiritus Arce
 Aurea diuinis corda repleuit aquis:
 Hinc Terris euecta Polo nunc Aethera trans,
 Sponsa gradu celeri Tempia Deiq; petis;
 Insidias moliris Amans fulgentibus astris,
 Ignibus eque oculi, crinibus eque coma,
 Cui circum sonitu, thyasis cui ridet olympus,
 Et sonat aurato pectine pulsa Chelys;
 Delia cui ridet, Phœbus, Diuaq; Phalanges,
 Obuia Pennigerum Turba beata venit;
 Iamq; Polo super astra Deo sociaris Amanti,
 Mille interq; sedens Numina prima nitet;
 Quale micat varios inter rosa regia flores,
 Vel medios inter lilia cana vepres;
 Quale vel Hesperijs exerta nitentior undis
 Inter sydereos Luna rubetq; choros;
 Sic Coelum sublime patet, sic despicias Aethram,
 Aurea sic Diue sydera planta premit;
 Stellati sic sceptris capis felicia Regni,
 Et Regina Polo, Diua praesq; solo;
 Clemens officio sed despice Virgo Clientes,
 Mens deuota tibi sit quoque sausta sibi.*

I N A S S U M P T I O N E B. V I R G I N I S
 Elegia Septima.

*Iam tristes valeant Elegi, lachrymantia pleetra,
 Et*

Et valeat querulis tetrica Musa sonis;
 Festa nitet de Gange dies, nè gaudia fletus
 Ah turbet, faciles nevé querela iocos;
 Hoc satis est lachrymę, languentis funera Diua
 Quęsta dedit tristes scissa Camana modos;
 Nunc agę dum Cęlo volitans subit aurea tecta,
 Aera per nitidos fertq; citata pedes;
 Dum petit alma Polum, niueis argentea pernis,
 Sublimesq; terit verberę leta vias;
 In pompam Cęlumq; venit, blanditur ouanti
 Curia & Aligerum, curia & Eugenum;
 Hinc roseum facit ire diem Sol lampade, pexos.
 Et meliore comas Orbe flagellat equos;
 Exceptę plauditq; Dea gemmantibus ore
 Flammas purpureo, lambere amatq; pedes,
 Luna comes dum festa ardet mille oscula ferre,
 Virgineaq; caput supposuisse Dea,
 Sydera sic obeunt celeri facto agmine gyro,
 Obsequio Domine luce futura sua,
 Quid? simul arridet vultu nec discolor Orbis,
 Omnisq; interea res famulata venit;
 Tu quoque Musa alios molire per Aethera cantus,
 Letaq; de plectro carmina pange nouo;
 Festiuis Helicon iuuēt lustrare choreis,
 In melius veteres & variasse sonos;
 Pecte libens, nardiq; comas perfunde liquore,
 Cinge caput violis, tempora cinge rosis;
 Indue respersam gemmis, & murice vestem,
 Constrictam medio fibula eburna premat:
 Tota bylaris, sed tota decens modulamina nocte,
 Cycnao lepidum murmure nocte melos:
 Heres, quid recinas? dic laudes, dicq; triumphum;
 Dic pompam reducis, nobile dicq; decus,
 Incedit Regina potens, prelecta Tonanti,

Orbis

Orbis amor, Diuum gaudia, Nota Dei,
 Vena boni, Messis decorum, mente Arca leporis,
 Delitium, Charites, Numinis ardor, Amor,
 Cava Patri soboles, Sponso carissima Amanti,
 Fœmina prima solo, facta secunda Polo;
 Imperio frustra Orbis, frustra quæ; Cœli,
 Visa Deo duplici digna ministerio.
 Incedit quàm fronte decens, decus emitet ore,
 Et certat Cilici punica mala croco;
 Nec rosa sic rubeat, viridi dum cortice sese
 Liberat, & Tyrio purpurat igne comas;
 Nec rubra sanguineo sic ardent mala colore,
 Quæ primum spargit mane liquore leui;
 Ardent igne gena, qualem non Indica gemma,
 Non Amethystus habet, non Adamas, nec onyx;
 E collo nix alba nitet, ros candidus olli,
 Qualem nec Rhodope, cana nec Ida videt;
 Fulgida sed vestis pendet, quam Dadala nescit
 Nere manus, Sponsa neuit Amantis Amor;
 Aetheris & circum flamma, volitant quæ; rubescunt quæ;
 Et letos ineunt astra decora choros;
 Totus ouat quæ; Axis, pergit dum Diua triumpho,
 Ridet amor, ludit Gratia, ouat quæ Charis;
 Plus video, sed lingua vetat plus inscia fari,
 Tu mea Musa vale, sic cecinisse satis.

DE B. VIRGINE TRIUMPHANTE.
Elegia Octaua.

Diua triumphales agit ecce per Aethera currus,
 Cœlo purpureis vecta nitet quæ rotis,
 Ore decens, accensa oculis, flammata labellis,
 Malas puniceis punica facta notis,
 Auro fusa comam, collum niue, lumine frontem,
 L Inquæ

Inque rosis candens, in niuisbusq; rubens;
 Qualia contextunt amarantibus alba puella
 Lilia, & autumnum candida mala rubent;
 Qualis Coa ebore propior si pupura videt,
 Discolor è duplici prodit honore detor;
 Gemmea palla humeris pendet colludere talis,
 Artis opus mire, nobile vestis opus;
 Lucet in aure lapis, qualem non India Sole
 Nigra legit, qualis nescia Terra fuit;
 Tota ardet faciem, roseisque intextuatis auris,
 It vaga, Coelestes Alma teritque vias;
 Eia agè Phoebe faue: Coeli componere tractus
 Iam iuuet, & nitidas sternere luce plagas;
 Blanditum iuuet ire Deo, geminare facesque,
 Ab iuuet in pompam ludere velle Dea;
 Hac ouat, Aethereo fecit qua vulnera Regi,
 Qua cum delitijs insidiaq; dedit;
 Deripuit qua voce Deum, qua Numina Victrix
 Exemit Caelo, deposuitq; Solos
 Foetu Virgineo peperit quae gaudia Diuis,
 Quae Terris foetu donaq; Virgineo;
 Qua Coeli, Terraq; Des est, quae proxima Amanti
 Vertice sydereum mox feret Alma torum.
 Saecula diuitijs fruitura per aerea Amoris,
 Cum Genitoq; Parens perpetuanda Polo;
 Quaeq; tua dominata faci noua tempora nebit,
 Et Caelo pternam iura feretq; solo,
 Quae mora? ià properat, comptos agè pectine crines
 Profer, & aurata fila decora come;
 Exere flammatos fulgenti sydere currus,
 Exere fulgentes & facis igne rotas;
 Ora recens nardi proferq; humentia rore,
 Nectaris aspersas rore leuiq; genas;
 Pinge Polum, radijs melioribus Aethera pinge,
 Maiore

Maiora superos luceq; pingebat globos,
 Talis ades, qualem nec pristina sacra tulere,
 Qualem nec Cælo sacra futura ferant;
 Sic supplex reuerere Deam, dum praterit axem,
 Si licet, & niueo basi fige pedi,
 Sin vetitum, sit velle satis, non amplius aude,
 Scilicet in magnis est cupisse satis;
 Vos socia simul este faces, feruescere flammis
 Qua scitis tacito nocte silente Polo,
 Pleiades huc, Hyades, Eca Athlantes, Arctos
 Callisto, Alcmena, Perseus, Arctophylax,
 Cassiopea, Cephæus, Dertoton, Cetus, & Argo,
 Quaque arcana latent sydera, quaque patent;
 Syderibus sic facta comes plaude aurea Diua
 Delia, nocturnos qua moderaris equos,
 Emeritos elambe pedes, vestigia linge,
 Sin vetitum, in magnis est cupisse satis;
 Sed satis in Cælo plausus, satis auree votis
 Sol agè fecisti, Lunaq; cum facibus,
 Transijt en Virgo, primos dehinc fundite honores;
 Hoc aumq; hylares ite ministerio.

IN ASSUMPTIONE B. VIRGINIS.
Elegia Nona.

Ridet Virginea Cæli dum Curia Diua,
 Festive Charites, & noua pompa Deæ,
 Vecta triumphali curru qua: diuidit astra,
 Oscula complexus sacra petitq; Dei,
 Quid potius peragam? mea quò mens erritet? inter
 Dulcia dulces alijs quid mea Musa feret?
 Eia agè lenta melos mirari desine Cynthij,
 Et semper vacuum Calliopea nemus;
 Huc è Pierio decurras littore, Diuæ.

Quà Cœlo reduci carmina lata sonant,
 Audin' quo reboet strepitu Iouis Aula decenti,
 Ictus quàm lepida voce sonetquè Polus?
 Audin' quo litui recrepent, quo cymbala cantu,
 Audin' Cœlestum barbata, plectra, chelym?
 Excipies hic dulce melos, sonitusq; canoros,
 Plausibus hic mixtos excipiesq; iocos,
 Cernes in numerum ludentes Aethere Mentes,
 Ducentes Choreas candiduloq; pede,
 Inter Coelicolas aqua certabimus arte,
 Si venies, sociis carmina ferre sonis:
 Intenta tu fila lyre, fila aurea tanges,
 Hinc quàm dulcis erit, flexaminisque sonus?
 Est tibi docta manus, pollex agilisq; futura
 Et velox ictu dextera Musa tibi;
 Harmonicis assueta prae concentibus, inter,
 Numine Pierias tu prior una Deas;
 Nam plectrum tam Diva feris, Musa obtinet òs,
 Hac agiles digitos obitupet, illa melos;
 Demirata Cohors artem max laudibus ornat,
 Et parat emeritis laurea ferta comis;
 Sic agè Musa canes, mea vox addetur, ut inde
 Dum sonitus resonat, carmina mixta sonent;
 Inconcinna licet sit vox, & garrula, fiet
 Gravior adiecta Calliopea lyra;
 Ludetur cantusq; Deq; ludetur Amanti
 Ni fallor, suavis murmure symphonia;
 Aethereas quæ nando vias axe igneo ab astris
 Et prater superos aethra gressa globos,
 Ora decens roseo Cœlestes aduolat Arces,
 Vertice diuinis iungitur Alma Choris;
 Dùm Terris, Cœloque volat Pax aurea, pennis,
 Et clausas aperit dum per inane vias,
 Apparat & pompa decus Orbe nitentibus aureo

Sol facibus, roseis tergora vectus equis ;
 Aurea dum facto scintillant sydera gyro,
 Purpureosq; pedes lambere ouantis amant ;
 Cornua deciesit pernox ardensia crine
 Cynthia Vergineam sic venerata Deam ;
 Obuia dum gressu prodit Gens incola Coeli,
 Diuarum Coctus, Algerumq; Chori,
 Alteris Diuamq; Cohors canit alma, triumphū.
 Et facit, & pompe nobilitatur honos ;
 Dum pictis gaudet Tellus redimitaq; sertis,
 Et gemmis roseum prodit amœna sinum,
 Hinchalat Diua violis, hinc lilia pingit,
 Hinc uernat Cilici rubraq; tineta Croco ;
 O felix Dea; mille beant quaxi muerera, mille
 Ornant quam Charites, milleq; delitias
 Incedis speciosa, hylaris sed. facta triumpho,
 Fawta tibi fueris Virgo, secunda mihi.

BEATA VIRGO APOSTOLORVM
 Coetum moritura alloquitur.
 Elegia Decima.

Hora ergo dulcem properat mihi sera quietem,
 O votis quoties illa petita meis?
 Dissolui, & arsi quoties, vitæq; reciso
 Stamine Coelestes praterisse globos?
 Iungier & Matrem Genito, quem deperit ardor,
 Qui mea Mens, Animus, Delitiæq; mea?
 Iungier & Sponsam thalami pro munere Amanti,
 Oscula nectareis ferre cupita genis?
 Hic lucem populare Dei, dum sydera pandis
 Et bibero aternas dulcius igne faces?
 Fœdere tranquillam faustaquæ quiescere pacis,
 Otia ferre aliquo nec dirimenda die?

L 3 Fit

Fit satis ut demum noto, iam gloria meta
 Proximior largas Aethere spondet opes;
 Iam Terris abiisse datur felicius astra,
 Altaque syderei templa subire Poli,
 Aeterna me vera manent ubi gaudia vita,
 Pax ubi tristitia nescia regna tenet;
 Ergò ne lachrymis pia Gens turbere, sed alta
 Mente reconde, precor verba suprema mea;
 Firma fides memori vestro sub pectore vivat,
 Et Nati, & Matris perpetuanda fides,
 Nè titubet, nè laesa labet, nè concidat egra,
 Vis insuicta animis & diuturna micet;
 Impendent, fateor, menti fera praelia vestra,
 Praelia lethali dissoluenda neces;
 Quid tamen inde pauor & timidi discrimina vitet,
 Robore nè fugiant pectora plena Dei;
 Este animo, vultuque hylari, sic ludite vires,
 Cautes ut medio marmore ludis aquas;
 Ut quercus stabilis concusso vertice constat,
 Impete vel sauo se grauis aura petat;
 Ut vel crebra volent irato fulgura Caelo,
 Despicit athereas laurus opima minas;
 Nusquam aberit dictis, qui spe non ludis inani,
 Praelia sed praesens in fera reddet opem;
 Nex obeunda licet, caput ultrò subdite ferro,
 Fusus pro fidei pignore sanguis erit;
 Hoc vorata snum pinguescet nectare Tellus,
 Foenora cum foetu fertiliorq; feret;
 Induet in flores omnis, nec tardior imbre
 Respersi fruges voris amena dabit;
 Sed neque rex oberit, victi Victoria fiet;
 Vincere sedendo discite, clamat Amor:
 Quin agè palma duplex si et discrimine, vincet
 Bis, qui pro Christi nomine victus erit;

Hinc

Hinc Cælo insignes ducetis ouante triumphos,
 Hinc crines meritos aurea ferta prement;
 Quod superest, vos inter amor sit mutuus, equas
 Nempe peto, sapiens sed facienda peto;
 Petre vale, rursusq; vale ò amice Ioannes,
 Optima tu secum tota Cohorsquè vale,
 Hora vocat suprema, hylarisquè recedo, valate,
 Atque hac in tumuli margine pone mei;
 Quæ sine labe auras hausit, sine labe decoris
 Aluo Diua Deum Virgineaque dedi,
 Dum peto complexus, & suauia dulcia amantis,
 Rore leui aspersam me Deus eripuit,
 Terris eripuit, faustam Cæloquè locauit,
 Quis non pro Terris astra beata velit?

PROSOPOPEIA, QVA RAPTAM
Virginem Terra conqueritur.
 Elegia Vndecima.

Ergò libet Cæli Colles, erectaque Phœbo
 Mœnia, & aërias euolitare vias?
 Nec te Virgo arces, meus ò Amor, aurea nec te
 Discessis retinet languida Terra comis?
 Nec premit ah squallor, nostri nec dedecus Orbis,
 Nec status, lachrymæ vis nequè multa promit?
 Semianimis iam facta queror, iam clamito tristis,
 Nil pia difficiles vota mouere Deas;
 Crudèle exclamo Cælum, crudelequè rursus
 Ingemino, nec idem tergeminasse satis;
 Dirum addo, subnecto ferum, fera sydera clamo
 Surripuere meam quæ minus aqua Deam;
 Siccine sequitis mecum vos Aetheris Orbes?
 Tuum sauum præfers Cynsbia, tuum ferum?
 Tu flecti indocilis transfigis vulnere Amantem;

*Phœbe redardescens e feritate magis ?
 Annè decet petuisse meum? rapuissenè ? Cœlo
 Aequius annè licet, quod miki credo nefas ?
 Scuitse qua causa? senu annè hæc, Numen ab Oris
 Elapsam superis oculuiffe meo ?
 Non ego sed rapui, nil ausa in sydera Tellus,
 Appetiit nostrum spontè, libensquè snum ;
 Est visum remisse nefas, qui præsidet astris,
 Regemquè hospitijis euiduare scelus ;
 Excepi, gremiumquè dedi benè prouida Regi
 Obsequijs Domino sic famulata meo ;
 Vel vacui viduata dolens laquearia Cœli,
 Indixi exitium mox fera facta Deo ;
 Protinus hic superas exul remeauit ad Oras,
 Et datur hinc reducens munere habere meo ;
 Tis quoque vel furto direptam linque, fugacem
 Indicto exilio vel mihi redde Deam ;
 Eia agè spontè redi tantis Dea mota querelis,
 Quid miseram torques? Eia agè Diua redi ;
 Sit fugisse satis, Virgo si fugeris, astra
 Sit vidisse satis, sin mihi rapta Polo es ;
 Si benè te noui, lachrymis flecteris Amantis,
 Mollem animum in casto pectore finxit Amor ;
 Nec tua tam leuitor ferijt sacer ossa Cupido,
 Vt tibi flagranti pectus Amore vacet ;
 Nec quia mens alias fuerit cognoscere sedes,
 Oderis iccirco Dia Puella meam ;
 Ergo bonis auibus prima pete sedis ad Oras,
 Suspendat reditum nec mora longa tuam ;
 Huc te macta peto, sors hic tibi leta fauebit,
 Hic & opes crescent, & tibi crescet honos ;
 Sed quò vana feror? ventis en lufito verba,
 Vana peto, reditum nam negat illa. snum ;
 Sit si Diua placet, saltè nè desere amando
 Desertam*

Desertam facie quam fugitiua facis.

**BEATA VIRGO AD COELI
delitias à Deo inuitatur.**

Elegia Duodecima.

*Hùc ades è votum mentis, spes omnis Amantis,
Hùc cita candenti lux mea currite pede ;
Rura Deam telata manent, Viridaria læta,
Aruaquè perpetuis Vere comata rosis ;
Hic viola æternis rident per gramina gemmis,
Et molles referant litæ cana comas ;
Hic Caliba luditquè decor de cespite odoro,
Perdulcis lepida spirat & astra sono ;
Vernant populea frondentes arbore bæcæ,
Pomaquè millenis frondibus aucta parit ;
Fons vagus egeidas sinuata & labitur vnda,
Ac fugiens resonat per uada riuus aqua ;
Concordes hylari desertant voce volucres,
Carmine Cœlestes dulcè queruntur Aues:
Hinc aere tenues, queuis hic gratia Veris,
Totaquè delitijs Aula beata fluit ;
Et tamen ab gressus retines? quid me aurea Virgo
Nec sequeris, nostri nec petis Axis opes ?
Si venis, è varia Diue tibi flore corollam,
Artifici intexent fertaquè odora manu :
Purpureis suffulta rosis, violisquè decora,
Pulchrior incedes ore benigna rosa ;
Aethereisquè situm Cælo stipabere malis,
Que nec odor linquet, purpureus nec honor,
Sed video, iam victa venis, vos eedite vota,
Diua mouet niveos per mea rura pedes,
Illa tuis rident compressa vel impete plantis,
Aduentu exultat villoquè vestra tor,*

Te gradienti, simul graditur decus omne, magisq;
 Ruris syderei promicat almus honor;
 Te iocus, & Charites unda comitantur euntem,
 Et Dius rutilam fert Amor autè facem,
 Digna Deo sed amante veni, non ulla per herbas
 Tam nivea incidens fronte Puella micat;
 Sylva tibi assurgit passim, pulcherrima sylva,
 Et fontis solito purior unda salit;
 Undique ridenti Caelum tibi fragrat odore,
 Floreque respersum multicolor nitet;
 Ipsa pedem quacumque mones, vel lumina flectis,
 Gestit odorato sternere Vere Polum;
 Mitia fert gravidis & circum poma canistris,
 Et spondet plenis dulcia vina cadis;
 Sola aliò secedit hyems, secla aurea fiunt,
 Dum nostro acceleras, tu Dea rure pedes;
 Iam loctum volucresque sonant, sensimque canoro
 In laudes certant guttore abire tuas;
 O te felicem, largo cui copia cornu
 Prodit opes, proprium dat Charis alma decus:
 Hic iam siste, mea es, simul expatiabimur horto,
 Et tibi de violis dextera ferta leget.

B. IOANNES MORTEM CONQUE- ritur Beatæ Virginis.

Elegia Decima Tertia.

T Vnè mee Dea Virgo iaces pars optima mētis
 Tunè iaces Charitum, Coelitusq; decus?
 Tun' Coeli languere iubar, luxque aurea Terræ,
 Sic cecidisse, gelu sic rignisse potis?
 Sydereus pallefcit honor? Coelestis imago
 Tristibus albescit siccinè tincta notis?
 Virginèq; nec forma Dea, decor oris Amantis,

Nes

Nec feret illas mala decorat rosas?
 Usquè ad eò immites sequitis vulnere Parca,
 Tela venenatis, nec ferisse pudet?
 Usquè ad eò nex sana audes, nex stringere, Cœli
 Ictum sydeream nex temerare Deam:
 Quidni præcipites discedere fila sorores
 Fecisti celeres continuisse manus?
 In Cœlum Mors seu nefas, cadit aurea Virgo,
 Et cadit æthereum sydus, amorque Dei;
 Cœli delicia, Charitum cecidore lepores,
 Gaudia & Enigenum, gaudia & Aligerum;
 Sed facie decepta es: quid faciam obuiis? ore
 Diuanè stellato dedita visa neci?
 Seruili puugenda ictu? qua Regis Olympi
 Facta solo Genitrix, Sponsa futura Polo?
 Annè oris committite decus? quæ talia Veris
 Lilia temperies, qua dedit Hybla rosas?
 Quæ sic albescunt Rhodopeio vertice, visa
 Sive Pyrenea qua renitescere nivesi
 Exardent roseo quæ sic vaccinia succo,
 Pictarè sydonio murice lana rubet?
 Iam nequè purpureo surgens Thaumantias ortus
 Tale ostrum præfers, tale recludis ebur,
 Vel tibi mane gena minio vitientur Ibero,
 Mixta vel ateruent alba ligustra rosas;
 Aurum velquè coma per eburnea colla solutum
 Vndet, & ex oculis viuida flamma micet;
 Fontis Veris opes vernent vel margine, vel quæ
 Flavescant Ciliei tincta labella eroco;
 Dulcè micent oculi, iucundum lumine spires,
 Tota undis tollas & speciosa caput;
 Quid? nequè sic rosea vallatur lampade frantem
 Nec picto nitidis Aethere fertur equis,
 Voluit inexhausto redemptia sacula motu,

Nec citius verum Sol agè verrit iter,
 Scilicet igne genas Diua depinxit, & ora,
 Ora niuis minio pinxit eburna Deus:
 Gratia iuuat, Amor iuuat non dispare cultu,
 Tinxit & illa comam, tinxit & iste oculum,
 Quid plura? omne decus Coeli, simul affuit Orbis.
 Omne decus, quæuis quàm maris, axis opes,
 Et niueam fecere Deam, cui sæcula nulla
 Nec similem species, nec peperere parem;
 Tu tamen heu ictu violasti sana decorem,
 Mors hostis Cælo, mors inimica Solo;
 Tu Diuum temerare tuis decus artibus audax,
 Effera facta viris, insidiosa Deo;
 Se d' temerè quid tanta queror? quid vulnere trifor,
 Indelui, malus ah sed fuit iste dolor:
 Haud vidi tranasse alis Cœlestia, longè
 Quàm foret ante, gena splendidiore, Deam:
 Iam scio, Parce meis, me corrigo, parce querelis,
 Corrigo me, lachrymis Mors agè parce meis.

IN OBITU B. M. VIRGINIS
 ad Apostolorum Coetum.

Elegia Decima Quarta.

Pone modum lachrymis pia Gens, pia parce dolori,
 Tadia cum lachrymis dat dolor aqua Deo:
 Et si Virginea, sopor altus lumina Diua
 Et premit, & tristi languet amata toro,
 Perquè genas pallorquè fugit, perquè ora in centis
 Circiter albescunt perquè labella nota:
 Cur tamen ah mares? tantis qua causa querelis
 Aequa tuis, fletum quid ciet, & lachrymas?
 Nescin? quisquid habet Terris ortum? occidit, Orbe
 Quasvis principium resquè habet, ut pereat:
 Laben-

*Labentis Natura breues fert temporis horas ,
 Metitur paucos vita leuisquè dies:
 Aequa tulit nam iussa Deus, male noxia labis
 Congenitam Generi cum dedit Eua luem ,
 Colluise prolem aspersit, quam sanguis inurit ,
 Qua mentem temerat corporis ipse satus:
 Mortis iter cuique ut pateat, lethalibus h' oris
 Terminet & coeptos Parca seuera dies:
 Adde: quod haud sensit l'nguës Dea vulnera lethi,
 Sed tranquilla sibi nax fuit alma quies :
 Hac dedit aternis Superum succedere Regnis ,
 Hec face fulgentes axis adire vias :
 Hic ouat, & Diuum Cœtu plaudente triumphat ,
 Hic fert delitias, delitiasquè refert :
 Sydera luce beat, Diuis flammamquè ministrat .
 Hic fruiturquè Deo, se fruiturquè Deus:
 Exantimes sed sorte artus lachrymare: nec artus
 Ab fletum malint, nec repetunt lachrymas :
 Annè gena, Diuisquè decor violabitur oris ?
 Inficier rubeas annè verere rosas?
 At decus eternat flamma vis viuida Amoris ,
 Et facit egelidas perpetuare nives ;
 Quin agè nè lateant Diua membra aurea Terris ,
 Hec meliore Dei sede locabit Amor :
 Inferet ardentis de sydere verticis Oris,
 Bigis aureolis præter & astra uehet :
 Iam cerne, en altum volitant, en suspice curru
 In roseo tranant Aethera, celsa petunt :
 Orbita quàm bigis rutilat; quàm flamma circum
 Scintillat roseas sydere cincta faces ?
 Flammaea lora vide, accensos è luce iugales
 Inspice, Diua genis quàm speciosa sedet :
 Ardent utquè oculi letum, utquè argentea frontis
 Margo nitet, flauent et labra tincta croco ,*

*It uaga Cœlestes Aedes, aeterna vieta,
 Ut Cælo violas Virgo, rosasquæ legat,
 Aeternamquæ comis reuidenti è flore corollans
 Nectat, & aeternùm gramina lata premat,
 Ergo Virginæq; tristant nisi gaudia Diua,
 Gens pia terge oculos, gens pia terge genas,
 Et mentem compone agram, compeſce querelas,
 Ocia nec turbes dulcia flendo Deæ;
 Verte, licet cantus, Lydio nè concine plectro,
 Leta sonet Phrygiùm pollice pulſa Chelys;
 Festiuos agè ſeſta iocos, dulcesquæ Choreas,
 Cârmina dic Diua bellula, dicquæ melos,
 Dic laudes, hymenæa cane, & Poëana, trium phum
 Dic agè non una, ſed geminato viſem;
 Mitte alijs lachrymas, tu delige gaudia, riſum
 Virginis & riſu fac, comitetur Amor.*

IN CHRISTI NATIVITATE

Ad Puerum Ieſum B. Virginis.

Nænia.

Elegia Decima Quinta.



Pupula

Pupule mi, ò mi anime, ò potior pars altera mentis,
 Pupule blanda meus, blandule Pispè meus,
 Cur agè flebilibus Cœlum vagitibus implet,
 Bellule cur masto carmine conquereris?
 Et lachrymis roseos pergis violare Pyropos,
 Imbre rigasquè oculos, imbre rigasquè genas?
 O Chelys ingrata auribus, ò insuauia plectra,
 Intendit familes quæ Melopea fides?
 Qui pulchelle Puer, Puer auree, qui dolor heu, heu,
 Efficit, ut falsas gemmet ocellus aquas?
 Ab gemma non ille ardent, sed viscera mordent,
 Vrunt igne animam, vulnere corda petunt,
 Has compeſce Puer, vorantia lumina terge,
 Lumina lachrymulis squallida facta tuis:
 Parce tenelle Puer, te Pupule deprecor, eia
 Parce Puer lachrymis, bellule parce Puer,
 Non bene, Diua Charis Cœli, Puer aureus ora,
 Diuum delitia, diuitièquè Patris,
 Hic vagis lachrymando, tua bleſo orequè Matrè.
 Intentas querulis tinnula plectra modis;
 Non bene, qui summa es Superum, Cœliq, voluptas,
 Delitias Dominis sydereisquè facis,
 Solueris in lachrymas pulchellule blandule, tanto
 Et turgent rigui fluminis imbre genæ,
 Non bene, qui pictis Cœli laquearia gemmis
 Pingis, & eternas astra decora fase,
 Quo lucent geniti vultus Hyperione, pernoce
 Aureaque in bigis sydera Luna regis,
 Sydereum te mera oris, mea Vita detorem,
 Et tristi vultus gratia squallet aqua,
 Non bene, qui vario violaria cingis amictu,
 Vere locupletas versicolore solum,
 Ori seu violas, seu picta rosaria ledis,
 Inficis & teneras ab Puer imbre genas:

Ergo

Ergo amicum pars alma mei, parsque optima siste,
 Siste Puer lachrymas, bellule siste Puer:
 Es cape, qui circum volitat, cape lassulo somnum,
 Somnus adest oculis, en agè somnus adest:
 Fessa cadunt, video, tibi bellule lumina, dormi,
 Dormi belle Puer, lumina fessa cadunt;
 Sparge soporifero gemmantia sidera rore,
 Dulcisque irroret membra tenella quies:
 Pupule petunt oculis dulcem dulcissime somnum,
 Languida belle Puer blandule membra petunt;
 Ne pulchelle neges, saturat nam somnus ocellos,
 Vires ille facit, robore robur alit,
 Mulcet languidos & nectare dulcior artus,
 Corporaque irriguo lassu sopore lenat;
 Curas dissolvit, requiemque doloribus affert,
 Gravior & placidis corda serenat aquis.
 Conde oculos Puer almae meus, vorantia conde
 Sidera, eburneolas bellule conde genas;
 Nam tibi sopito dærit dulcissima Matris
 Nania, quò possit dulcior esse quies,
 Carmina bella canam, dicetur Nania, ne nè
 Ibitur in laudes belle Puella tuas,
 Tabellis ornabit Amor cunabula letis,
 Lata canet Genitrix carmina, bella canet,
 Belle meus, mellite meus, Nate tunc dormi,
 Pupule conde oculos, Pupule conde genas,
 Si tamen hac vacuis, curam complectere Matrem,
 Inquè meum propera care Puella sinum,
 Hæc sonus Puella tuus, quid belle moraris?
 Blandule carpe meum, carpe Puella tuum,
 Te manet, ab propera, vocitat te bellule, collo
 Lenta tenelle igitur brachia tende meo,
 Scite meus, mellite meus, complectere Matrem,
 Inquè meum propera care Puella sinum,

CAR

*Candidulas extende manus Pulchellule dorso,
 Iunge genisque genas, labraque iunge labris,
 Suaviolum compone ori, proh dulce, secundum
 Adde, reor secum basia amoma ferunt,
 Tertia nocte Puer, sic perge ad millia, centum,
 Mox addes, iterumque oscula mille dabis;
 Incipe sed rursus geminare suavia, mille
 Cum dederis, reddes millia, sufficient;
 Hac ubi, stringe avido teneras Puer ore papillas,
 Carpe Puer teneros, ubera, carpe sinus,
 Manant turgidula niueo tibi rore mamilla,
 Lacteque de tepido prima colostrā ferunt,
 Lalla belle Puer, labijs morde ubera, morde,
 Non hac alterius, sunt tibi plena Puer;
 Suge semel, mox suge iterum, tum bellule morsum
 Mammis adde alium, sic bene sufficiet;
 Interea dulcis dicetur Nenia, qua non
 Dulcior ulla fuit Nenia Neniola;
 Quis scit, nē tacitis subrepat somnus ocellis,
 Dum tibi nostra placet Nenia Nate nimis.
 Iam Puer at dormit, tu Nenia grata quiesce,
 Sat fuit, hinc valeas Nenia, Neniola.*

I N D I E M N A T A L E M Christi.

Elegia Decima Sexta.

*Quis nouus insolito contentus marmore, plectro
 Atque nouo resonat dulcis ab Axe sonus?
 Arrecte lepidis mulcentior vocibus aures,
 Tangitur & raro pectine Diua Chelys;
 Fallor an? an Superi referat olimine Olympi
 Virgineos Gabriel venit ab Axe lares?
 Et cuius propior Pueri presepia circum*

Dulci-

Dulciloquum roseo fundit ab ore melos ?
 Sittite Mortales lachrymas, deponite curas,
 Ad solitum querulos sittite ferre modos,
 Tergite roxanti turgentia lumina fletu,
 Tergite, nam tristes dedecet ire dies;
 Hactenus assiduo iuuet induluisse dolori,
 Iuisse in falsas hactenus & lachrymas,
 Implicuisse iuuet senis & pectora curis,
 Ac nebulis oculos obtenebrasse animi :
 Percita quod patrio sacra crimine Turba Deorum
 Infectum vitijs destituere solum :
 Exilio amandata Fides, Astreaque, Terris
 Secessit Pietas, s. da Charisque comes :
 Subrepsit vefanus Amor, vefana Cupido,
 Improba vis scelerum, dira necisque lues:
 Nunc agite è vestro soluantur pectore nubes,
 Latior ac risus nubila caeca fuget :
 Infixum menti merorem gaudia pellant,
 Obtineat vestrum spes hylarisque animum :
 Est tempus lustrare alijs Heliconæ choreis,
 Exegisse alios Sole nouoque dies:
 En Coeli blanditur honos, blanditur, & Aether,
 Astra faucent, presto est Cynthia, Phoebus adest:
 Fieriâ pulsatæ Chelym, fidibusquè canoris
 Orbe recens genitum concelebrate Deum :
 Addite carminibus vos dulcia carmina, letos
 Concordique simul reddite voce sonos;
 Vnicus ille mihi cordi est, huic dicere laudes,
 Ac libet argute carmen inire lyre:
 Felix, cui roseos Coelo demittit honores
 Phoebus, & accensas aurea Luna comas :
 Paret multiplici Tellus miniata colore,
 Aether, & gelidæ frigida lymphæ maris :
 Florida per varios cui pingitur Hybla decores,
 Ardet

*Ardet delitijs Vereque mille solum :
 In geminas, tu ille es, didis qui tempora partes ,
 Noctemque alternis, & facis ire diem:
 Milleno, tu ille es, Caelum qui sydere pingis,
 Et Phœbo exacuis spicula, dasque faces :
 Florea respergis niveo tu prata ligustro,
 Et vada delitijs cœrula mille maris:
 Tu, qui Cœlicolum viduata sedilia replet,
 Auges æthereos Aligerumque Choros:
 Tu, quæ cœca moanent, quos arcet Tartara Manas,
 Quem pauet Inferni Regia nigra Iouis ;
 Tu Patris æterni, Divumque æterna voluptas,
 Gaudia, delitia, dissitiaque soli;
 Vena boni, decorum messis, cortina salutis,
 Orbis amor, superum gloria, vota Patrum,
 Orbis lætitia, vires, & pectoris ardor,
 Cor hominum, virtus, ossa, medulla, anima;
 Lata Cohors Charitum, ridet tibi Gratia Cœli.
 Unum te veneror, te colo, amoque, Puer,
 Hęc ille, in tenues & vox evanuit auras,
 Cresce Puer, Terris gaudia prisca feres.*

IN EUNDEM DIEM NATALIS Christi.

Elegia Decimaseptima.

*Lætitię bona signa, animis, linguisque fauete :
 Quisquis ades, læto dulcius ore cane :
 Annuus en iterum decurso Cynthius Orbe
 Eo roseis equore surgit equis,
 Quo Deus in Terras Cœlo delapsus ab alto
 Mortali indutus conditione fuit,
 Aurea Paxque ad eum rursus Mortalibus orta est,
 Fidaque tranquilla Pacis amica quies,*

Eia

Eia agite vrantur flammis pia munera sacris:
 Et medijsquæ sonent thura cremata focis:
 Niliaco segetes adsint de littore vectæ,
 Adsint, quas Terra diuise mittit Arabs:
 Non hic Indorum solennes ignibus aræ
 Desint, nec desint inclyta dona Sabæ;
 Ornentur radijs Templi penetralia multis,
 Cloridis & splendor pendeat ante fores,
 Hic oculos tenent similis non copia florum,
 Multus & è multis surgat amenus odor:
 Præda puellaris variet mutata decores,
 Pictaque dissimili tectæ colore micent,
 Iactent sanguineum Pestana rosaria honorem,
 Et circum spargant lilia, cana niuem,
 Mollia luteolæ pingant uaccinia calthæ,
 Hic thyma, puniceis cistaque plena rubis,
 Ludite vos etiam Cælestes læta Phalanges:
 Carmina, concordi dicite voce melos,
 Sanctaque nè pudeat renouantes gaudia, gratos:
 Acra per nitidum conseruisse choros,
 Visite Bethlemi felicia mœnia, summo
 Visite nascenti Tompla dicata Deo,
 Atque reclinatæ parua ad cunabula, dulces:
 Ei à agè lætanti voce iterate modos:
 Sancte Puer, Diuina Puer, Puer auree salue,
 De Genitrice Puer, de Genitore Deus:
 Fons uitæ, necis interitus, Cælestis origo,
 Venæ bani, Diuum gaudia, vota Patrum,
 Delitiæ Superum, Cæli sincera voluptas,
 Lucifer, æternis Sol radiante comis,
 Sancte Puer, mellite Puer, Puer auree salue,
 Blande Puella Puer, bel lule late Puer,
 Curia cui Cæli, concursus cui videt Olympus,
 Cui seruire uni est gloria multa Deo.

Aurea

Aurea cui fasces Coelestia sidera ponunt,
Cuius Sol, Axis, Cynthia iura subit:
Sancte Puer, diuine Puer, Puer auree salue,
Blande Puella Puer, hollule lete Puer:
Pertua cui radijs rident iuga matutinis,
Quicquid & Eoi percutit unda maris,
Quicquid & humeti, pluuioq; madescit ab Austro:
Totaquæ ad Occiduum quæ iacet ora vadum:
Sancte Puer, mellite Puer, Puer auree salue,
De Genitrice Puer, de Genitore Deus:
Hac ubi, vagitus affingite, & ora Puellæ
In flumen sparsis squallida lachrymulis:
Atque ita vagitus cantu tolladite vestro,
Et tristi querulos vos date vote sonos:
Quod si dum Genitrix apponit ad ubera, virgo q̄
Affigit roseis oscula grata genis,
Hic plaudis, Matri sensimquæ arridet ocellis,
Gratus & è gemino sidere lucet honor:
Plaudite vos etiam, Diuæ ridete Phalanges,
Corda dolore, oculos tergite sed lachrymis:
Eois utquæ exiliens Palantias undis,
Luciferum roseis qua Dea portat equis,
Quot Phœbus variat natos Hyperione vultus.
Tot sese vultus induit in varios,
Sic vestra ad Pueri speciem mutetur imago.
Inueniat fac iem sic variata nouam;
O ego vobis scum si passim limina recti,
Illa subire, lares & toluisse Dei,
Vt latè exciperem stricis prasepo lacertis,
Supplexque ad tentum basia mille darem;
Vt sacrum tantare melos conuiterer, atque
Contordi laudes dicere voce Deo;
Sed quia non licet, en tua mi cunabula fingo,
Et iuuat ad Sanctos procubuisse toros;

Hic

*Hic arcana tibi voueo penetralia mentis,
Qualia sint voueo cor, animumque meum;
Accipe Diue Puer parua hac mea munera, ferre
Cumquè aliud nequeam, sint. Puer. ista satis.*

IN ASCENSIONEM CHRISTI
Domini.

Elegia Decima octaua.



*Musa faue, lux cernin' adest, trās mittitur auras
Qua Cœli repetens Regna beata Deus;
Vndique videnti vultu micet arduus Orbis,
Terrisquè effusus pectora plausus alas;
Sol nouus insolito diffundat lumina Cœlo,
Curruquè ingeminet lucidiore faces;
Densentur pluuijs non ullis ardua nymbis,
Purior eniteat sed sine nube dies;
Inquè serenato conspirant vertice honores,
Et facie decorent versicolore Polum;
Prælia non armis rerum primordia tractent,
Inclata*

*Imolyta sed Pacis mutua vincula ferant ;
 Hinc bene compositis volitet concordia pennis ,
 Nexuque assimili videat alma quies ;
 Cedant bella procul , curaque abeant procul omnes .
 Felici en felix luce triumphus adest ;
 Gaudia in humanis satiant concepta medallis ,
 Atque triumphanti munera quisque ferat ;
 Quisque lares linquat , Victori dona ferensque
 Imponat sacris thurea grana focis ;
 Roma quoque antiquos celebres exosa triumphos
 Hunc celebret , flexo & poplite dicat Io ;
 Cede loco Cæsar , Romani cedite Reges ,
 Et Regum Regi regia sceptrâ date ,
 Tempora contextis lauro viduate corollis ,
 Alterius niteant hæc meliusquæ coma ;
 Desere vulgares cantus , factusquæ sacerdos .
 Et summo liba munera digna Deo ;
 Tu sed Diue tuos quamvis auertis ocellos ,
 Pectore succensus nè meriatur amor ;
 Cura premat , quæ grata fuit , præ pignore amoris
 Crebrius in Datos lumina uerte tuos .*

IN EANDEM CHRISTI DOMINI

Ascensionem.

Elegia Decimanona.

*Panditur auratum limen Cælestis Olympi ,
 Syderequæ cadunt cardine Musa , fores ,
 Et quibus Empyreï fera labes ostia Regni
 Clæserat ; hoc rursum sunt reserata die ;
 Eia agè lætitiæ ueruent pia pectora signis ,
 Promequæ ab arcano gaudia blanda sinu ;
 Hinc dolor , hæc lachrymæ , maesti hinc suspiria cordis
 Ausferat & querulos hinc Elegia mædos ;*

Terror

Terror eat, secumquè metus, formidinis error,
 Ut mala Phœbeis excidat umbra focus;
 Ut tetra fugiant Aquilonis flamine nubes,
 Ignisque ardenti cera calore fluit;
 Dulcior exhilarans uigeat præcordia risus,
 Sitquè serenato pectore amica quies;
 Accolis extrema quicumque recondita Terra
 Regna, sub ignotis & remorare plagis,
 Ebibis & scythicos undis glacialibus amnes,
 Perque uada è scyllis aspera pergis iter;
 Quique sagittiferi torquetis spicula Parthi,
 Feruentes radios quisquis & Indus habes:
 Tardus Arar, Rhodanusque celer, præcepsq; Gartii.
 Et quibus Eoi littoris Ora placet, (na
 Omnes lata hylares incendia dulcis amoris,
 Imoque excipiant pectore letitiam:
 Prælia iam cessent, cesset discordia, sauis
 Impiaque in digitis non magè ferra micent:
 Pax eat, & sancto deuinciat omnia nexu,
 Quem neque dissoluat perditurna dies:
 Rideat in toto requies felicior Orbe,
 Qualis, si redeant aurea sæcla uiris,
 Sic benè tu rebus præsens allabere nostris,
 Sic per te felix nos Deus aura beet;

MONTIS OLIVETI PROSOPOPEIA
 In Christi Ascensione.
 Elegia Vigesima.

Quis furor in mea conuerit dispendia Cælos,
 Et sauire Poli sydera celsa facit?
 Tantànè succre scit Superis insania Diuis,
 Sic nève Cælestes inuidus ignis habet?
 Mi dolor, heu rapiunt, dolor ò, mea gaudia, letas
 Quæque

Quæq; beare, nefas, viscera amantis opes;
 Et mea delitijs viduantur pignora dijs,
 Pignora delitijs facta beata meis;
 Ecquibus? Assyrias, Phrygias quæ pondere merces,
 Et flore vincant munera, Veris opes;
 Mala quæ, qua quondam felicibus obsita ramis.
 Vana est Hesperidum fama beasse nemus,
 Quicquid & auricomæ Generosa Semiramis hortis
 Irriguo spargi flumine iussit aquæ,
 Grataque purpureo qua grana coloribus ostro
 Elysio varijs inclyta vitis alit;
 Hoc Cœli facitis? tantos aufertis honores?
 Nec pudet hoc superos ah voluisse Choros?
 Invidia qua flamma furit? quid conciet ignem?
 Inq; meæ armantur cur ita damna faces?
 Non ita de gelidis argentis Colchidos oris
 In furtum dederat cui maga Phasis opem;
 Aurea Phrixæ rapuit cum tegmina vestis,
 Suspensumq; Ioui munere vellus ouis,
 Ablato indoluit per fraudem Colchis amictu,
 Aesonidemq; aras expoliasse Ducem;
 Non ita Amaltheæ gravidant ubi littora Sylvæ,
 Inclyta felices & beatæ aura rosas,
 Delitiæ vernantq; Soli, genitaliaq; arua,
 Citrus odoratas nutrit opaca comas,
 Principis Oethei viduauit gloria ramos,
 Bellaq; delitijs reddita rurâ suis,
 Iecitq; in triplicis lachrymarum corda sororis
 Spicula multiplici non perimenda vado;
 Decolor Eoi non baccas aquoris Indus
 Si perdat, seu qua littoris Ora ferat,
 Sive hyacinthaas, factas vel Iaspide gemmas,
 Vel quam bella Paphi Diua Amethysto amat:
 Vel quibus accensas fert Lydius amnis arenas,

Quas & voluit opes Lympha superba Togi ;
 Quicquid & uberibus diues legit vnus in aruis
 Medus, & assiduo Sole perustus Arabs ,
 Sordefcat proprij viduatus honore decoris,
 Subreptum lachrymet non ita namque decus,
 Sordeor ut eccè, mihi rapitis dum sydera amorem,
 Vnà infertq; manus in mea iura Polus ;
 Soluor ut in madidas sensim præcordia guttas ,
 Atq; ab eo in tenues, ceu face nix in aquas ;
 Cernite, iam fluitat lachryma per pascua rivus,
 Cernite, decurrens vnda fluentaq; facit ;
 Irrigat eccè sinum Telluris, scilicet alto
 Ut valeas Cælo sistere Cæcus aquas ;
 Nam satis arua meis humectans arida Lymphis ,
 Siccaq; diffuso rore madescit humus ;
 Sic vel præ nimijs arefcant arbusta rivis,
 Vel magis extollant facta decora coma s ;
 Sed quia nam doleo, superis & conqueror aris ?
 Quid inuat ab miseris flendo dolere vices ?
 Dempsa abis è Cælo pietas , desauit Olympus,
 Sit dare non lachrymas illachrymare mihi .



IN NATIVITATE B. VIRGINIS.
Elegia Vigesima prima.



Ludere si liccat variatis ora figuris,
Et corpus genita composuisse Dea,
Proh tibi versicolor membris que surget imago ?
Sydereo fuerit quantus in ore lepor ?
Lato quos oculo, vultuq; effundet honores,
Divaq; unius gratia quanta foret ?
Iam non insideat faciei Solis imago,
Non ori: q; tuum Cynthia clara decus;
Pictaq; Erythrao legitur qua littore concha,
Fulgores perdent ditia grana suos;
Nam capus aureolo crinis velamine cinctum
Phoebas rutilo vincit honore iubas;
Nec magis Ambrosio vel spargas imbres capillos,
Pestano niteat vel mage rore coma;
Frons ibi lacteolos Mæandri prater Olores
Thessalica fuerit candidiorq; nive;
Certabunt clavis ardentia luce Pyropis,

M 2 Invida

*Inuida siue magis lumina Crysolithis ;
 In roseis candorq; genis, quem lilia, fingunt
 Implicita Hybleis non sine rore rosis ;
 Illic sanguineis condetur lingua labellis,
 Qua pingunt Cilicis fila decora crocis ;
 Inducet varias per colla argentea guttas,
 Discolor ut Terris emicet inde decor ;
 Iactabunt radios niveo de corde papilla,
 Inficiet tenerum candida nixq; sinum ;
 E manibus geminis geminos dabit eminus ignes,
 Totoq; ardentes conciet Orbe faces ;
 Hinc iactisq; Deum disces ardere sagittis,
 Ignibus hinc alijs vrier atque homines ;
 Hinc Superos adstare Choros, leta Agmina Cæli,
 Certatimq; sua ludere dona Deæ ;
 Nec satis hanc vidisse semel, satis esse secundo,
 Fixa sed assidue lumina habere sibi ;
 Nè tamen inquieras, qui sic effinxerit unam,
 Desponsam Dius sic variauit Amor.*

IN EADEM NATIVITATE

Beatæ Virginis.

Elegia Vigesima secunda.

*Viscere iam Virgo Matris caput exeret aureum,
 Et toto rutilum fundit in Orbe iubar ;
 Huc agite Algeri Nascentem cingite Diuam,
 Certatim Domine donatq; ferte Dea ;
 Nectite, que roseos stringant diademata crines,
 Ac sero niteat versicolore coma ;
 Nectite baccarum niveo redimicula collo,
 Luceat & digitis ignea gemma suis ;
 Huc vernis immixta rosis vaccinia ferte,
 Et mollem tenero spargite flore sinum ;*

Virginea

Virginea blandisq; sonis latentur ut aures,
 Dulcia inauratę rangite flā lyra;
 Iungite Apollineis arguta monaulia sistris,
 Vocequę vocales addite sape sonos;
 Inquę vicem festas hylares agitate Choreas,
 Testata ut fiant gaudia vestra Dea;
 Nimirum coluisse Deam, deceatq; Parentem,
 Sparsaque qua lecta ex millibus una Dei;
 Tuquę adeo comitare tuo hac Sol gaudia Caelo,
 Donaquę dum faciunt, tu magę come comas;
 Et roseo accensam faciem depictus honore,
 Ardentes radios da meliore sinu;
 Tu quoquę qua tacito succendis lampada Caelo
 Delia, nocturnos & moderaris equos;
 Aethereo tecumquę magis de vertice flammę
 Scintillent radijs lucidiore Polo;
 Sic nihil in Coelis occultet gaudia, plausus
 Sic nihil occulto pectore condat humi;
 Ipse ego conceptos comitabor in Aethere plausus,
 Cantibus atquę alios associabo sonos;
 Quin etiam flammis Arabum fumantibus aris
 Exceptum sacro munere Numen erit;
 Sic Dea, sic facilis conspiret Numinis aura,
 Et vires addat viribus Alma meis;
 At tu magna mihi qua primum gaudia luce
 Fulsero, ac Superis gloria magna Choris;
 Fortunata dies cunctis voluentibus annis
 Leta serenato sydere semper eas;
 In te non vlla dominantur noctis & umbra,
 Qua tantum dederis posse videre iubar.

AD REVER. P. D. EVANGELISTAM
 Corsonium Sacerdotem Cong.
 Somaichæ.
 Elegia Vigefimatertia.

Quis mea Corsoni confpirent optime vota,
 Scirequæ vis, vita qua mihi sors placeat?
 Non ego, quæ niteant aureis laquearibus Aude,
 Regia non Procerum tecta superba potam;
 Lydio Idaspaas non vectas equore bactas,
 Vellera in Oebalio vel saturata cado;
 Non Tagus auratas fluctu quas versat arenas,
 Non felix rutilas quas agit Hermus aquas;
 Pingua diffusis nec quaram iugera campi,
 Qua iuga diffindant vomere mille boum;
 Aurea nec fossis dona emanantia venis,
 Non aiudas locuples arca flagellet opes;
 Non mihi Niliace donetur gleba Syena,
 Tondeat aut multum Gallica Parma gregem;
 Atria non pictis onerentur lata tabellis,
 Lautasue ostendet mensa superba epulas;
 Plurima sed tecum felicis ducere vita
 Sacula Corsoni, tequæ loquente frui,
 Sic ut colloquio qui me soleris amantem,
 Curis, quas patior, tristia corda leues;
 Hoc mihi præ tectis fuerit splendidibus auro,
 Diuite præ gemma, purpureaque toga;
 Hoc Tagus euoluit, quasq; Hermus vincet arenas,
 Cultiæque milleno pinguia rura boue;
 Hoc non insideat venis gemmantibus auro,
 Non Nili gleba, velligeroque gregi;
 Gratius hoc pictis tabulis, & imaginis ostro,
 Quas paret ambrosias cultiæque mensa epulas;
 Quid

*Quid verò? his quicquam posset si carius esse,
Hoc mihi Amice tuus carior esset amor.*

AD ILLVSTR. PRINCIPEM

*Casertæ Andream de Aquaviva, cum
Romæ Collegium Clementinum
inuiseret.*

Elegia Vigesimaquarta.

*Arida iam pridem ieiunis viscera linguis,
Plurimaquè exussit pectora nostra sitis;
Cum dulces latices nulli fudere liquores,
Nec quod grata daret flumina, flumen erat;
Nec fuit à vinis libandas fontibus undas
Fas haurire, magis lymphæ daretquè sitim;
Soluitur, at video, demum de sordibus ardor,
Pars atquè animus, mensquè rigatur aquis;
Tempore conceptus longoquè extinguitur fctus.
Protinus & bibito flumine flamma perit;
Quidnis? te hoc uno contingit Principe munus.
Hac tua, quæ cecidit gratia, tota fuit;
Fons ades en grato locuples Aquaviva liquore,
Irriguetquè tuis vena perennis aqua;
Tu vinos latices Heros dignissime spargis,
Et fonte egelidas eiacularis aquas;
Lata dum fruimur, solito propiorequè fronte,
Et pascunt oculi lumina nostra tui,
Tanto sic nobis saturis à flumine quantus
Prob, qualisq; micat fronte beatus honor?
Texere ridentem ut dorso gemmante corollam,
Clorydaq; inspectes comere senta carnis,
Fulgentes rutilante sinu argutare decores,
Et pictam vario ducere flore choros;
Cum Cæla refectum reuebens Fibonia currum,*

M 4 Telluræ

Tallaris gelido viscera rore beat;
 Tam benè sic nostri gemmant violaria cordis,
 Tam benè florent: pignore ludit amor;
 Ergò quid superest, quãdò hec tua muneris? gratès
 Quisque ferat meritas, quas tibi ferre potest;
 Aspice sed, ferimus, deuotas accipe mentes,
 Quali acumque, tibi debita dona damus,
 Hoc nequeunt vires maius, qui exilia possunt,
 Munera, si donent talia, magna ferunt;
 Tu perge ò Princeps, quos cœperis in clyte amare,
 Pendet ab auspicijs iura benigna tuis.

I N O B I T V F R A N C I S C I
 Mariæ Rosati Rosæ.

Elegia Vigesima quinta.

Quæ sonat egelidis Sebethi collibus unda,
 Diuesq; irriguis vena aperitur aquis;
 Per varios elapsa suis & flexibus orbis
 Incit à Parthenopes itquè, reditquè vias;
 Errabam, cum mane nouo se Lucifer ortu
 Index exereret non procul esse diem;
 Veris tempus erat, variat dum Clorys amictum;
 Et ferta aureolis aptat odora comis;
 Induit inquè alios faciem Cytherea decores,
 Ipse Cupido nouas mutuet unde faces;
 Hic ego dispersi vidi stillantia roris
 Nectara, Coelestes & pluerè undiquè aquas;
 Concretasque inter frutices colludere gemmas,
 Atquè pruinosis picta fruteta vadis;
 Formosa hinc crinem minio violaria pingi,
 Et caltha saturas igne rubere comas;
 Quas nequè syderis dicas concedere flammis,

Texat

Texat ut insidias, Cypria quasæue velit;
 Illinc ebibito canentia lilia fonte,
 Veste noua folij se redimire sui;
 Vidi etiam proprios iactare rosaria cultus,
 Hinc, inde ignitas & rutilare rosas;
 Primò sed leuiter virides ubi cortice frondes
 Muricis occulerent, arte nouaque decus;
 Quas ubi flammaram ferijt Sol igne tepenti,
 Et cœpit rosea spargere luce solam;
 Illicet ò quantus decor, o qua gratia floris?
 Erectum cono purpura rubra notat;
 Qualè rubet tacito Veneris fax aurea Cælo,
 Qualè ardet liquidi lucida gemma maris;
 Quin & odor talis, qualem nec balsama, quicquid
 Nec facit, è Terra diuinit mittit Arabs;
 Nec mora protenso calathi rosa risit amictu,
 Virginis ut splendor ridet, Amorq; genis;
 Mirabar decus ipse rosa, mirabar honorem,
 Artcmque Artificis, vel Genitricis opus;
 Excidit interea rutili coma punica floris,
 Amiffis folijs consenuitque rosa;
 Indoluit, stupuique simul, quòd talia dona
 Et daret, & raperet protinus una dies:
 Quàm breuis heu, fallaxq; hora est: res interit ois,
 Vix oritur, celeri cum pede pulsa perit;
 Te quoque sors cepit parilis, qui flore sub ipso
 Vita prepropera morte Rosate cadis;
 Qua tecum viola, qui tum cecidereque flores?
 Deserta folijs qua periere: rosa?
 Labilis ò atas Hominum, morsque horrida velox,
 Aduolat hac frano non remorante viam;
 Quisquis es, ergò tuis prudenter consule rebus,
 Et properare euum sic memor esto tuum.

Finis Libri Tertij.

M 5

275
CHRISTOPHORI
FINOTTI VENETI

Cler. Reg. Cong. Somafcha.

EPIGRAMMATVM,
ANAGRAMMATVM, ET ÆNIGM.
LIBER QVARTVS.

*In Assumptionem Beatae Mariae
Virginis.*

L.



*Vicisti, & niueis tibi risit Adorea pennis,
Pallas; fert meritę premia laudis Amor;
M. 6. Escd*

*Eccè Triumphales præbent subsellia Currus,
 Alituumq; sonis Turba canora præit;
 Pars Pœana canunt, alternis pars Hymenæa,
 Sive Triumphanti carmina, sive Deæ;
 Quidnam hæres etiã? Divi cape præmia Amoris,
 Qualia reddit Amor munera, fecit Amans.*

AD B. VIRGINEM DE EIVS
 in Cœlo felicitate.

II.

*Virgo Volas, Vnãq; Venit Vis Vuida Veris,
 Ut Vertex Violas Vere Virente Vebat,
 Ver Vbi Vernarit, Vitentur Vellera Vestis,
 Vdis Ut Violis Vnicolore Vado;
 Vittaq; Vitricis Velet Violacea Vittam,
 Ut Vincas, Veneres Vafrior Vndè Vibres.*

DE EIVS DELITIIS, IN GRATIAM
 Adolesc. Andree Baccini Romani.

III.

*Astra Beans Radijs Aurem Baccata Reuertis;
 A Belloq; Redux Arma Beata Refers;
 Aether Blanditur, Rubet Aura Benigna Rosiq;
 Axe Bibit Rutilus Almaq; Biga Rotas;
 At Blandum Rides, Ambisti Balsama Regis,
 Altum Bete, Redux Appete Blanditias.*

AD EANDEM GENITVS PER
 Antithesim Veneris.

IV.

*Flan. mea Virgo Faces Vibras, Flammãtia Verba,
 Fortior*

*Fortior Vt Facie Vera Ferisq; Venus;
Ficta Venus Fragilis, Vera Firmissima Virtus,
Fraus Veneri Ficta, Vi Fugitiua Vales,
Flustra Volant, Fide, Vlciscens Fortissima Vinces,
Fama Volat Felix, Vota Feresq; Veni.*

IDEM GENITVS AD EANDEM
Ex ijs verbis; In vno oculorum tuorum,
& in vno crine, &c.

V.

*Me quid Diua oculi, quid crinis & impetis arte,
Aptaq; delitijs cor fera facta feris?
Parce, ignemq; precor, miseret si, cõprime, Amãtis,
Heu mihi iam pectus, corq; abit in cineres;
Abde comas, nodis tibi me iam mille reuincti,
Et tua fecisti viscera Virgo mea;
Vicisti, cesses, fuerit victoria duplex,
Sic quia vicisti, sic quia deseris.*

AD EANDEM, VT COELVM
ascendat.

VI.

*Meta Solum Cœlestē tuis Virgo aurea votis,
Et fuit aeterno Numinis ore frui,
Cynnameis blandita comis imponere Amanti,
Cœliq; accensas gratius ire faces,
Heus igitur qua causa morę? cita corripe gressum,
Inque Dei roseum te rape Diua sinum;
Vota imple, fallax blandire per omnia Amanti,
Si malisq; se faces prodere, prode faces,*

Quod

QVOD B. VIRGINIS
obitus vitæ immortalis initium
fuesit. **V I L.**

*Vita Deo sed vera, necis sed nescia, membris
Ah tamen occiduis de Genitrice fuit ;
Quid faciet? sic Diua cadit, par succine reddet ;
Mittor at vita perpete ludit Amor .
Vinceris ab Genitrix, damnasti funere vitam .
Perpes sed creuit funere vita tibi .*

DE B. VIRGINIS MIRA
pulchritudine Genitus ad Eandem.
V I I I.

*Talem frontis habes in margine, Diua, teporem,
Qualis inauratos Luna flagellat equos ;
Fulgurat Eois Gangetis bacca sub undis,
Aurea q; in nitido vincla Adamante micant .
Ridet Amor placidum, spirat Venus aurea amorè,
Multa tibi Domine corda q; serua facit ;
Et me vincit Amor, modum facis ore sereno .
Sic tibi me socio, sic sociare mihi .*

AD EANDEM DE EIVS
in Amore Victoria. **IX.**

*Vincere Diua Deo, cede heu iã victa, triumphet .
Qui Diuam Domini vincit Amantis Amor .
Fallor at, in numeros ab quales lingua cucurris,
Parec Dea, en primos ore retracto sonas,
Diua Deum vincis, victrix nè cede, triumphas
Sas vincis, dum te qui Dea vincit, habes,
Tala*

COMMENDATUR VENUSTAS
B. Virginis. X.

*Tale decus Virgo praefers, emblemate quale
Distinctum Caeli Regia fingit opus;
Quale comis ardet mittens incendia sydus,
Delia fronte nitet, Cynthia ore rubet;
Quicquid habes, componit Amor, Charis aurea circum
Ridet honor, ludit Gratia, splendor amat;
Insidias sic Diva facis, sic vris Amantem,
Insidiosa nimis, sed speciosa magis.*

SYDEREAM CORONAM
offert Genitus B. Virg. XI.

*Flammulis, Dea virgo, tibi diademata gemmis
Texta fero, Nympha qualia mittit Amor;
Nec rosa, nec viola ridet, nec lilia ferto,
Ardent pro violis sydera, proque rosis;
Oblatum tu Diva libens complectere munus,
Et certum Geniti pignus Amantis erit.*

PRECATIO AD B. VIRGINEM
XII.

*Virgo altum felix nata es super Aethera sedem,
Aevumque; eterna pace ministrat Amor:
Hic tibi mille manus praestant in munia Cives,
Et Domine famulas exhibet Axis opes;
Que solo subiecta nites sed despice Amantes,
Reddeque, qua rogitant premia Amoris, ama.*

GENIUS

GENITVS AD EANDEM, DE
Dulcedine osculorum.

XIII.

*Mella-sapis, roseis aptas ubi suauia labris,
Iungis & ora ori, Virgo genasq; genis;
Et tua quæ Cœli species formæ inuida certat,
Vim tacita Sponsi sensibus arte parat.
Hinc amor exardet, crescentq; incendia; mille
Esq; inter Charites gratior una Charis.*

IDEM AD EANDEM DE EIVS
Diuinis retribus.

XIV.

*Cincinnis contorta coma est tibi candida Virgo,
Insidiata animum qua mihi, corq; rapis;
Phryxæis Venus hanc neuit diuinâq; villis,
Subdolus & fraudem textit, Amorq; dolos;
Retia sic fuerint, vincis quibus aurea Amantem,
Qualia non unquam retia fecit Amor.*

SVASIO, VT IN COELVM SE
transferat. XV.

*I Dea, Cœlestes quid Virgo moraris amores;
Et mihi diuitias, & tibi delitias?
Diva tibi Coelo velox Charis aurea prodit,
Ac bene sydereum spondet amica torum;
Et mihi tu superis spondes dexterrima ab Oris
Aeternas largo munere mentis opes;
Ierge igitur, seiunge moras, Cœli ardua tende,
Officiosa mihi, delitiosa tibi.*

Roga-

R. O. G. A. T. V. R. B. V. I. R. G. O. I. V. T.
 destitutos amet. XVI.

*Quò fugis ò utinam Dea te sequar, ò utinam esse
 Et seruo liceat; Dina ubi tu Domina es;
 Hac mihi mens animo, sic feceris integra vota;
 Te, atq; Deum prater, quod cupiam, nihil est;
 Sed vetor ecce sequi, vetor una esse optima Virgo,
 Dulcia fac saltem munera amoris, ama.*

B. V. I. R. G. C. O. N. V. E. N. I. R. E. N. O. M. E. N.
 Mariæ, Phæbes, & Violantis.
 XVII.

*Sol radios, mare reddit aquas, violaria flores,
 Tu radios, violas, & Dea reddis aquas,
 Quaq; Deo suavis viola es, sol Dinaq; Cælo,
 Vna mare es, roris libera facta solo;
 Hinc maris à voce es Maria, hoc discrimine, dul-
 Tu Virgo, salsas sed mare reddit aquas; (ces
 Quod si fortè licet noui scribere nomina, Phæbes
 A Phæbo, à violis & Violantis erit.*

A. D. B. V. I. R. G. D. I. S. C. E. D. E. N. T. E. M.
 è Terris. XVIII.

*Que Dea Sydereo Cælum dodaceris Orbe,
 Et victrice quatis gemmea lora manu,
 Disperenam, nisi te permitto Dina libent er,
 Nulla licet sine te sit mihi grata dies;
 I precor, at stilles diuini nectara roris,
 Sic anget mæror pectora, nectar alos.*

DE DIVITIIS, AC DELITIIS IN
Cælo B. Virg. XIX.

*Indiga quæ rerum Solis Virgo innuba lucem
Hæufisti aduersis triftior una malis,
Tam diues spatiare Polo, tibi tempora ridens
Cincta æfris, artus aurea palla tegit;
Hic Diua famulantur Aues, & Curia Cæli,
Terræq; cum superis ad tua iura vocit;
Scilicet ima Deus gaudet sociare supremis,
Sæpeq; cum magnis neçtere parua solet.*

AD B. VIRG. GENITVS
de eius rubore, & candore.
XX.

*Et rosa sanguineo tingit tibi labra colore,
Et frontem, Virgo, lilia sparsa natant;
Mutuat inde Amor, è pharetris qua tela retorquet
Gratiaq; hinc cordi vincla seuera facit;
At tibi me neçto, perimunt & spicula, mitte
Texere vincla magis, sic dare Diua facies.*

DE FELICI ORTV, ATQVE
obitu B. Virg. XXI.

*Vt benè felici nata es Virgo æstrea luce?
Vt benè felici luceq; sumus obis?
Nascere, diuini Genitrix es conscia Fœtus,
Emoreris, Sponsa munera fersq; Dei;
Plus nè petis? Cæli coeat vel gratia quauis,
Tu certè utroquè hoc nomine maior eris.*

DE

DE B. V. ADMIRABILI
Triumpho XII.

*Quid Dea sublimes alis plaudentibus auras
Concutis, & Caelum plausibus omne sonas?
Numquid Divorum mouet hac tibi gaudia Rector,
Ireſtatq; emerita munera dignus Amor?
Sic habet, hanc plausus veniunt Cœliq; tuiq;
Et nitet in toto purior Orbe dies.*

DE DIVORVM, COELORVM QVE
lætitia ob triumphum B. Virg.
X X I I I.

*Mæſta diu fleuit Cœli te Regia Virgo,
Et Diuum fleuit Curia mæſta diu;
Cum Terris tibi vita fuit, ſuſpendit Amorem,
Cumq; perennanti præmia amore Deus;
Nunc quæ ſubueheris Cœlo, tibi Regia gaudet.
Et Diuum ridet Curia læta tibi;
O bene docta vices variare Dea curæ, quid iam
Iam Tellus doleat? ſed quoque mæſta tua eſt.*

PRECATIO AD B. VIRGINEM.
X X I V.

*Sydereas ut, Diua, Deus ſe ſe intulit ornis,
Trañſuectus celeri nubila celſa pede,
Imperij tu facta hæres, ſideiq; miñiſtra,
Ut tot oſieret certior Orbo ſalus;
Tu quia Cœleſtes agè Virgo trañſiſis Aedes,
Dulce miñiſterium, curaq; cuius erit?
Ah pia, ſi quis Amor, vel nos nè deſere Virgo,
Sine ſalutarem Sponſa precare Ducem.*

DE

DE SVAVITATE B. VIRGINIS.
XXV.

*Cum det Virgo rosas, & det tibi lilia Clorvs ,
Atque auro meritisserta ligata comis;
Hic tantus quid spiret odor, quid gratia, mirum?
Lilia, plusq; rosa,sertaq; odoris habent;
Sed fallor, mea Diua, rosas tu, lilia odoris
Sertaq; plena facis, quæ rosæ, liliaquæ es.*

DE DVPLICI APPARATV OB
B. Virg. Genitoris, & Filij.
XXVI.

*Trina parat Genitor supero tibi in Aethere sertæ,
Serrat sponsalem Filius inde torum;
Vt Dea dum Patrio succedis Mater Olympo,
Munere decertet dispare uterque tibi,
Implicet is meritum triplici diademate crinens,
Virgineamq; toro vinciat iste Deam.*

DE TRIPLICI ORNAMENTO
B. Virg. XXVII.

*Quid teres incingunt gemmata monilia collum,
Atq; tegit roseum candida palla sinum?
Dives et auratos vincit diadema capillos,
Aequore cui cedant, quæ legit Indus opes?
Diuinabo, Dei arguit hac te Diua corona
Sponsam, palla notat Virginem, & illa Deam.*

DE VVLTVS ANIMI QVE
splendore B. Virg. XXVIII.
*Syderecum si pendo decus, quod imagine vibras,
Iars*

*Iam mihi non facies rideat ulla magis :
 Aethereum si pendo decus, quod pectore condis,
 Iam mihi mens nunquam rideat ulla magis,
 Nempe hic, nempe & ibi decor omnis consistet, utq;
 Ille Dei Sponsam, sic facit iste Deam.*

O R T V B. VIRG. BEATAM
 fuisse Terram, Triumpho Caelum.

X X I X.

*Terris te genita, Terris lux aurea fulsit,
 Qua nec Coelestum luceat ulla magis;
 Denecta te Diva Polo, fax iungitur astris,
 Cui certet Phœbo roscida Luna comes;
 Aurea sic Tellus Dea te nascente beatur,
 Ardua sic Cœli prætereunte Polus.*

INVITATUR B. V. UT SESE
 inferat Cœlesti Regno. XXX.

*Fax tibi Cœlestis Cœlo quia ridet Amoris,
 Et Charis in niveis aurea ludit equis,
 I celer, Aethereis Virgo teq; infere Regnis,
 Nil uni deerit, Curia tota tua est:
 Sponsa eris, & thalamo Dij dignabere Regis,
 Ut sit Amor Sponsa, qui Genitricis erat,
 Cara Deo duplici vincis sic munere, Mater
 Et quia iam Terris, & quia Sponsa Dei.*

AN T I T H E S I S L V N Æ, A C
 B. Virginis. XXXI.

*Longius à Phœbi facie quò Luna recedit,
 Pulchrior hoc roseas exeret ore genas;
 Tu Dea sed contra rerum pulcherrima, Phœbo
 Proxima flammis est pulchrior ore, genis;
 Sed*

*Sed quæ dñi? hac Orbis, melior tu Cyn. thia Cæli,
Illa Soror, Genitrix tu Dea, Sponsa Dei.*

**DE TRIPLICI DIGNITATE
B. Virginis XXXII.**

*O te felicem Diuorum gloria Sponso,
Quem Natum Genitrix, Filia habesq; Patrē,
Filia, facta Parens, Sponsa & Cœlestis Amoris,
Digna Dei thalamo, digna Deiq; toro;
Quam beuē Diua decit hac te pulcherrima rerū?
Iam tibi cum Cœlo subditus Orbis erit.*

**DE POMPA B. VIRGINIS.
XXXIII.**

*Quæcumque ingrederis Dea Virgo per atria Cæli,
Igne serenatis conspicienda genis,
Dina Charis, Cœliquē Venus dispergit odores,
Facta Triumphantis vertice serua Dea;
Quid verò? Aligeri deflexo poplite Ciues
Dulcè repercussis carminibusque student,
Maxima pompa, tibi Virgo scd debita, Terris
Quæ Genitrix, Cœlo qua noua Sponsa Dei.*

**DE APPLAVSV TERRAE
Cœliq; Triumphante B. Virg.
XXXIV.**

*Finis remigio Cæli Virgo ardua penne,
Auras dum veheris præpes & ala ferit;
Astra tibi videntq; solo, tibi sydera Cœlo,
Hac ibi Diua faces, illa sed hic viola;
Hac offert Clorys Domine, hac Latonia, iure ut
Hinc gemino Cœli sceptra, Soliq; ferat;*

Scd

*Sed quid nit gemina fugiens Virgo aurea proles,
Suspicit hac Dominam, mitigat illa, Deum.*

CORONAM, SCEPTRVM
& folium non tam cohonestare M. Vir-
ginem, quam cohonestari à
Virginæ XXXV.

*Serta comis ardent roseis radiantia gemmis,
Aurea Virginea sceptrâ feriantq; manus;
Nec tamè in dæ coma, hinc aliquid nec dextra sup
Sed sceptrum manibus,serta tumētq; comis (bit.
Quid plura? in solio es, solo nequè Divæ decore
Efferris, decori nectis at una decus,
Tantum, Virgo, potest humilis mens in tanta pudori.
Quæ decorant alios, hac magè condecorat.*

COMPARATIO AVRORAE
& B. Virginis. XXXVI.

*Virgo decens, ut pulchra petis connubia Cœli,
Ut benè nigra oculos, ut benè rubra genas?
Qualè nitet roseos Aurora sub aquore trines,
Rorata in niveis dæm Dea ludit equis,
Tales Diva nitens læto iacis ore lepores,
Hac factura dolos gratior arte Deo.*

A. D. B. VIRGINEM IOANNES.
XXXVII.

*Divæ fugis, tecumq; fugit cupidissima Amantis
Mens mea, corq; fugit, mens quia raptâ fugis;
Vita fugit, quia corq; fugit, quia vitaq; à pectus,
Et totus fugio, pectora quod fugiunt?*

Sic

*Siarestans venio, veniens sic resta, tibiq;
Vivens sic morior, vivo vel emoriens.*

**B. VIRGINIS RESPONSIO
ad D. Ioannem. XXXVIII.**

*Diue manes, tecumq; manet cupidissima Amantis
Mens mea, cor remanet, mens quia tota manet;
Vita manet, quia corq; manet, quia cordaq; pectus,
Tota simul maneo, pectora quodq; manent;
Sic vadens maneo, remanens sic vado, tibiq;
Vivens vel morior, vivo vel emoriens.*

**A D B. VIRGINEM D.
Ioannes. XXXIX.**

*Hinc quamquam Caelo properè Virgo aurea pergis,
Non tamen hinc ullo tempore tota aberis,
Ante oculos mihi semper erit Caelestis Imago,
Virgineam referet noxq; diesq; Deam;
Tu quoque nè dubitem, sit mutua cura vicissim,
Inq; oculis tibi sim, fac Dea, sim inq; animo.*

**B. VIRGINIS RESPONSIO AD
D. Ioannem. XL.**

*Hinc quamvis Caelo properè Diue unice pergam,
Non tamen hinc ullo tempore tota abero;
Ante oculos errabit Amor, sic necet Amantem,
Inq; meo fixus pectore semper eris;
Tu benè, nè dubitem, sit mutua cura vicissim,
Inq; oculis me fers, fers etiam inq; animo.*

A D

AD B. VIRGINEM D. IOANNES
X L I.

*Vnus inest si utrique animus, si Diua, cor unum,
Vna fides, unum fœdus, & vnus Amor,
Aut mihi, quò pergis, veniendū est Optima Virgo,
Aut tibi cunctandum, qua regione moror;
Tam citò sed fieri tecum vetor accola Cœli,
Accola, tu Terra Diua sed esse magis:
Quid fiet? medium mihi linque tui, ipse meiq;
Do medium, stabis sic Dea, sic veniam.*

DE B. VIRGINE, ET DE O
ex ijs verbis. Ascendam in palmam,
& apprehendam fructus eius.
X L I I.

*Fausta Parens, Felixq; Pater Fastigia Palma
Fœdere Pacta Ferunt, Parta Fideq; Premunt;
Fruges Palma Facit, Peredit Formosa Parensq;
Florea Pressa Ferit Pomaq; Fauce Pater;
Fronde Penès Frontem Præcincta, Floreq; Pectus,
Flamine Perpetuas Flamma Parisq; Faces.*

DE EADEM DIALOGISMVS.
X L I I I.

*Quan' hinc Diua volat? cuius prò vulnere Amoris
Languet Amans, niueum depereundo decus;
Que Diue comites? Charitesq; iociq; salesq;
Hic quis, Virgineo qui natat ore? decor;
Quod nomen? Maria est, d. c. unde sed exit origo?
Est mare, perpetuas ut tibi reddat aquas;*

N Quas

*Quas mihi reddet aquas? Cœlestis nectara roris
Nectara qua? Sponsi munera Amantis erunt;
O felix Diua, i, p̄apes tete infere Cœlo,
Vt mihi corda bees, dum latices dederis.*

A L I V S XLIV.

*Vidisti' Cœlos findentem remige Diuam?
Vidi, Diua sibi, non mihi fausta fugit;
Fallere, quas temerè sudisti, corrige voces,
Diua dabit latices quàm benè fausta tibi?
Vult, eademquè potest, animo sp̄m concipe certam,
Est pia, vult, Genitrix, Sponsa De: q; potest;
Iam video, temerè quas sudisti, corrigo voces;
Non modo Diua sibi, sed mihi fausta fugit.*

B. VIRGINEM, QVAE ANCILLAM
se dixerat, in Regni Imperio
collocari. XLV.

*Ancillare sibi legit Virgo aurea nomen,
Hęc tamen in Cœli sistitur Imperio;
Officium Serua petijt, sed munera Matris
Qua tenuit, Domine Sponse q; iura capit;
Imperat è solio Terris, Diua imperat astris,
Facta comes thalamo sceptrâ geritq; Dei;
Floreat Imperio Domina, Dea floreat Axe,
Qua Ancilla in Terris floruit obsequio.*

TRIVMPHANTE VIRGINE
plausum fieri non in Orbe Terrarum,
sed Cœlo. XLVI.

Hausit ubi roseum Virgo inbar aurea solis,
Huc

*Huc venere simul latus Amor, Charites;
Lusit Amor, dulces Charites lusere Choreas,
Munereq; alternis festo iniere iocos;
Mox ubi proripuit Dij se in brachia Sponsi;
Discessere simul latus Amor, Charites;
Nec Terris, supero plausus luētantur in Orbe;
Concipiunt faciles & super astra iocos,
Scilicet aeternum famulatur ed omnia Diua,
Deseruisse nequit seruaq; Turba Deam.*

DE ARMIS B. VIRG. QVIBVS
Deum Amantem ferit.
X L V I I.

*Diuini incedit thalamo Virgo aurea Regis,
Eblandita oculis, irsidiata genis;
Ex oculis scintillat Amor, vibrat eminus ignem,
Cael. stiꝛ; genas igne rigauit Amor;
Hinc utrinque fetit, que vulnus acerbatur Amātis;
An vincet? Caelo palma futura Dea,*

B. VIRGO NVBI COMPARATVR.
X L V I I I.

*Aestuet accensis flamma vel Syrius austris,
In solitoq; ferox sauiat igne Canis,
Nil tibi Terra time, nubes en Aethere ab alto
Ingruit, & dulces vellere spondet aquas;
Leniet hac aëstum, pluuio dum rore madebis.
Hinc des ut violas, indeq; pcma legam.*

DE MUTVO OFFICIO B. VIRGINIS
& Dei. X L I X.

Terris Diua Deo fecit se munera, Caelis

*Et fecit Diua munera multa Deus;
 Illa solum, iste Polum, lac illa, hic nectara, dulces
 Illa dapes, dulces & dedit iste dapes;
 Illa sinum, iste sinum, labra illa, hic labra, labellis
 Iunxit & illa genas, iunxit & iste genas;
 Vincitur illa tamen, dederit cum spinea ferta,
 Aurea fert, solium, cum dederitq; crucem.*

DE B. VIRGINE AD D. IOANNEM.
 L.

*Spernit humum Virgo, nexu iam libera & omni
 Infert Aethereis se rediuiua Choris;
 Tu quid agis Diue? absi mens fuit una duobus,
 Vna etiam quidni sustulit hora duos?
 Tardat Amans, quod quarit Amor, sic scilicet, una
 Vtriusquè Polo gloria Amantis erit.*

DE OFFICIO EIVSDE M.
 LI.

*Luce coronatam Coeli dum Curia Diuam,
 Excipit, & latis intonat aura sonis;
 Aureus inde solo diuini nectaris imber
 Decidit, ut riguis pectora ditet aquis;
 Quàm facilis Dea facta tibi, bene sit, cane, Diue,
 Cuius ab auspicijs talia dona fluunt.*

CVM EADEM DIALOGISMVS
 LII.

*Quò Dea Lucifera pergis Diua amula? Cælo;
 Cur agè sed properas? tantula longa mora est;
 Num te aliquis deposcit? Amor, sed cuius? Amātis,
 Ecquis*

*Ecquis Amans? Sponsus; sed quis hic? ipse Deus;
 Quid Cœlo facies? viuam; quo munere? vita;
 Vita sed unde tibi? nil nisi vita Deus;
 O felix nimium, gemines Virgo aurea gressum,
 Ocyus ut veniant hac tibi dona Dea.*

B. VIRGINEM ET FICTA ESSE
 Venire pulchriorem, & ictu certio rem,
 quàm sit Amor. **LIII.**

*Obuius ut Cœlo pulcher fuit ore Cupido,
 Et vidit faciem, Virgo decora, tuam;
 Cedito Mater, ait, Venus aurea cedito Diua,
 Te vincit roseis pulchrior una genis;
 Hęc vero, tu Nate etiam arcum, telaq; pone,
 Nam te corda, Puer, certior una ferit.*

ET AVRORAE, ET COELO
 comparatur B. Virgo.
LIV.

*Quàm benè stellantes tranat Virguncula sedes,
 Pulchrior Aligeris consociata Choris?
 Ut ridet lætis oculis, queis fallat Amantem,
 Pectoris ac melius vulnus acerbet Amor;
 Ut spirat placidum, facies ut purpurat ostro,
 Ut rubet, ut candet, totaq; nix, rosaq; est;
 Multiplici sic luce micant laquearia Cœli,
 Sic Aurora nouo candida mane rubet.*

EADEM CONFERTVR CVM LVNA.
LV.

*Purpureo ut Phœbe Phœbi succensa colore
 Contrahit aduerso candida Sole facem;*

*Hic Dea, quæ Cœli diuerberat astra volatu,
 Canas sanguineo tingit honore genas;
 Lacteus hinc candor cocco miniatur Ibero,
 Hinc candet niueis purpura Ibera notis;
 Multus honor ridet, tamen hic est unicus, olim
 Quæ fuerat Genitrix, Sponsa futura Dei est.*

DE PRÆMIIS EIVSDEM.
 L V I.

*Aethereas ut Diua pedem Virgo appulit Oras,
 Astra super, super est vecta Beata Choros;
 Diuinam Vranie Cytharã, & Cœlo aurea plectra
 Arte noua feriens latum Hymenaa dedit;
 Incingens seruoq; comas, tu nobilis haeres
 Prò meritis, Deus hæc, hæc Dea fertò tuis;
 Digna refers Superis, & magnis digna Monarchis,
 Ipse Deus, Cœlo tu Dea Mater eris.*

DE EADEM AD D. IOANNEM
 L V I I.

*Quæ lachryma hæc est? qui maror? q̄ Diue querela?
 Sic crede, haud rapuit Parca seuera Deam;
 Sed Cœlo qui ludit Amor, diuinaq; Amanti
 Tela iacit, Sponsi sustulit in gremium;
 Hic ouat Aeterni thalamo dignata Parentis,
 Bis seno roseum sydere amicta caput;
 Tu, ni Virginea tristant te gaudia Diua;
 Perge oculos lachrymis, illicò risus eat.*

DE MIRO QVODAM MARIÆ
Virginis ludo cum Deo .
LVIII.

*Aspice, quàm gratos ineat cum Virgine ludos ,
Cum Genitrice Puer, cum Genitaq; Deus ;
Diua trahit, trahit iste, vicissim cedit uterque ,
Et Deus, et Virgo dum trahit, & trahitur ;
Aluo stammoolis delapsum Sydus ab astris ,
Ecce Deus trahitur, concipit illa, trahit ;
Angelicis eadem per inane ad Sydera palmis ;
Sic Virgo trahitur, tollitur, iste trahit ;
Hoc habet intacto Virtus sociata pudori ;
Nunc trahit ipsa Deum, nunc ab eo trahitur .*

ANTITHESIS B. VIRGINIS .
& Euz. LIX.

*Quàm varia expendunt concepti munia Amoris ,
Eua Parensq; hominum, Virgo Parensq; Dei ;
Felle venenatis applaudit credula verbis ,
Eua sibi, & nobis concipit inde necem ;
E Cœlo certa Aligeri verba excipit aure ,
Hinc vitam nobis Virgo, paritq; sibi ;
At labor utq; impar, alia & sunt p̄mia utrique ,
Eua Deum perdit, sed secus ista, tenet .*

DE OBITU, AC TRIVMPHO
M. Virginis. LX.

*Virginem languere Deam vix lumine vidit ,
Diua Charis, tristi talia fronte dedit ;
Occidit en; Orbi lumen, quæ Luna ministrat ,*

N 4. Matas

*Malas sanguineis erubescit notis;
 Ut tamen exeruit se, lata fronte, renata est,
 Pulchrior ostentet Delia sic ut opes;
 Exue squallentem faciem faustissima Tellus,
 Haud perijt, redijt dexterior sed aquis.*

DE EADEM DIALOGISMVS.
 LXI.

*Quid facibus, telisq; Amor, & caret Aureus alis?
 Alas diripuit, telaq; Virgo, faces;
 Cur gaudet raptò? roseis natat Aethere pennis,
 Armis è geminis corda Deiq; petit;
 Eminus aurata contorquet tela pharetra;
 Comminus accenso pectus at igne ferit:
 O furtum felix raptricis munere Diua,
 Sic si furta valent, quàm benè gestit Amor?*

IN OBITU EIVSDEM.
 LXII.

*Oblita Aetherei Diua Mors saeva decoris,
 Fraudes, ut perimat, subdola Marte facit;
 Aggreditur telisq; Deam, sic pallor in omnes
 Diffluit & partes, & fugit ore decor;
 Nec candor minio viriatur, ut antea, Ibero,
 Sed notat informis languida membra color,
 Sic languent sine Sole rosa, sine lilia rore,
 Et ponit virides lutea caltha comas.*

ALIUD LXIII.

*Inuidia Virgineum temeras qua Parca leporem,
 Scindere tunè audax fila decora Dea?*

An

*An nota seruilis Dominam compunget Olympi ?
 Exul seruitio, qua sine tæbe fuit,
 Qui sceleris sub fasce gemunt, ijs iura ministra,
 Sint Domina aternum iura penesq; Deam.*

ALIVD LXIV.

*Aurea Virgineq; discindit stamina vita,
 Et rata mortalem cuspide Parca ferit;
 At sibi Cœlestem spirat Cœli aëra soporem,
 Occupat & Diua delitiosa sinum;
 Hinc frustrata suo, quid vulnere, Parca, quid egi?
 Ausanè diuinum contemere decus?
 Rursus discisso liceat nè fallere penso,
 Emoriar, vita stamina scindo mea.*

ALIVD LXV.

*Vt fera Cœlestes in Virgine Parca lepores
 Intuita, aternum nè foret, extimuit;
 Inuida sic Diua lethali pectora ferro
 Exegit, vitam vulnere victa dedit;
 Ab tamen ut Diuam languentem lumine vidit,
 Dicitur inuitis illachrymasse genis.*

ALIVD LXVI.

*Sauciet ut Diuam lethi Mors vulnere, nertis
 Arcuat intortis cornua, tela iacit;
 Aëta volant, feruntq; Deam, sic lumine languet
 Exincta similis, non moritura nece;
 Illicet hinc solito longè formosior exit,
 Et qua Diua prius, iam rediuiua Dea est.*

ALIVD LXVII.

*Aurea dum sensim languet, leniq; sopore
 Victa Dei Virgo saucia ab igne cadit;
 Per rosea ò qualis Diva decor ora cucurrit?
 Gratia quanta oculis, gratia quævè genis?
 Errat Amor, vidisse putat Genitricis honorem,
 Nec malè, lata dedit iura Parentis Amor;
 At vespertinis rosa sese enitet horis,
 Tu iam, mane novo, concipe, qualis erit.*

B. VIRGO LUNÆ COMPARATUR.
LXVIII.

*Pulchra nimis, Cælo roseis quæ Diva quadrigis
 Exeritur, Virgo pulchra lepore nimis;
 Illa nitet, nitet ista, faces ambaq; ministrant,
 Hoc differre tamen credere utramque decet;
 Luna Orbi, hæc Cælo lucet, de Solis & igne
 Dum bibit illa faces, hæc bibit ora Dei.*

DE PRÆLIO AMORIS
inter Deum, & Virginem.
LXIX.

*E Cælo flamma volitant dum spicula Terris,
 Horret & hinc animus, vox data certa mihi est;
 Quærenti qua bella? hæc inquit, Amoris Amantis,
 Ecquis Amans esset? reddidit illa, Deus:
 Demirabar amare Deum, sed redditur, ardet
 Quam Deus, ore Dea est, qua Dea? Virgo, dedit,
 Excepti, & tacui, tacuit vox, illico dixi
 Te quia Virgo, Deus, me Dea Mater ama.*

DE

**DE CONIVGIO B. VIRGINIS
cum Deo. LXX.**

*Diua Deo subiens Cæli laquearia nubit,
Eiã agè Coelestes prode Hymenæe faces;
Nec melior, qua Sponsa foret: nec Amator Amata
Sanctior, amborum cor alit vnus Amor;
Felix coniugium, nullo delebile sæclo,
Gratum diuitijs, nobile delitijs.*

**B. VIRGO A VRORÆ
comparatur. LXXI.**

*Qualis ab Eoo prodit Palantias ortu,
Et noua lux Cilici pingitur orta croco;
Talis Diua tuo surgis de marmore Cælo,
Emensasq; feris mille per astra vias;
Nigræ oculos, stellata genas, simul aurea crinem,
Cana manum, collum candida, rubra labrum;
Quas verò hinc artes Virgo Dea callida texes?
Vna tibi nectes insidiata Deum.*

**BEATA VIRGO A POSTULOS
consolatur. LXXII.**

*Nè mea lade pia Gens optima funera stetu,
Qua occubui, nulli flebilis occubui;
Interij, necis at victrix, non obsuit, imo
Quàm lux prodesset, profuit illa magis;
Et valeo, Cælisq; erro rediuisa, Tonantis
Olim qua Genitrix, Sponsa futura Dei.*

A D B. V I R G I N E M I N
Sepulchro. LXXIII.

*Tecta iaces tenui Virgo qua marmoris urna;
Qualis ab opposito cortice gemma lates;
Exerere, & masto caput effer Diua sepulchro,
Gemmato quali Sydere sensus hebet;
Gemma mihi es, benè nec tanto radiata decore,
Qua pretiosa nites, hic pretiosa lates.*

O S C V L E T V R M E O S C V L O.
oris fui. LXXIV.

*Antè sinu cubuisse tuo tua pignora iuuit,
Ut tibi proximior basia Virgo darem;
Nunc sinui te iunge meo, Virgo aurea Nato
Oreque proximior basia redde mihi:
Certent ut parili Coelestes munere Amores,
Qua tibi dona dedi, mutua dum dederis.*

I D E M A R G V M E N T V M.
LXXV.

*Diua Venus, multoque rosas redolentior ipsis,
Basia quid Sponso iam mihi grata negas?
Coelestes pudibunda faces causaris, & aras?
At mihi te dudum consociavit Amor;
Facta placent & Dia suo Sponsalio ritu,
Et Coeli recinunt te fore Virgo meam;
Ergo nocte meis, mora longè, labra labellis,
Orisque Elyseo nectare alatur Amor.*

QVIA

QVIA MELIORA SVNT VBERA.
tua vino. LXXVI.

*Dulcè alijs Bacchæa sapit vindemia labris,
Grataq; Gnoſſiacis vina reposita cadis.
At mihi, nectareo distentas rore papillas
Virgo, qui potui lambere, amara satis;
Quidni igitur propior solaberis ubere Amantem,
Quem penes hoc dempto nectare dulcenihil?*

FRAGRANTIA VNGVENTIS
optimis. LXXVI.

*Gemmat odorato Tempe violaria dorso,
Et roseum miniat Dadala Terra sinum;
Suavia felices lachrymantur balsama Virga,
Dulcè olet, & segetum quicquid adurit Arabs,
At mihi quid viola, aut Virga? iunge vbera Virgo,
Grata nec inuideo balsama, nec violas.*

OLEVM EFFVSVM NOMEN
tuum. LXXVII.

*Quid mihi Palladij iactentur nectara roris,
Lenitum medica reddere vulnus ope?
Sunt pretiosa magis, medicasq; in vulnera vires,
Aurea Virgo tui nomina diua tenent;
Hinc vel sydereo discumbas Aethere, cordi
Sint tua fixa meo nomina, sanus ero.*

VVLNERASTI COR MEVM
Soror mea Sponsa. LXXVIII.

*Vlterius quid Diua dolos struis aurea Amoris,
Mi*

*Mi fallaxq; oculis insidiare tuist
 Dudum multa meo fecisti vulnera cordi,
 Et mihi milleno tramite pectus hiat;
 Ah, ni me perimis, retine, quae spicula prodis,
 Vicisti facto vulnere, palma tua est.*

**I N V N O O C V L O R V M
 tuorum, & in vno crine colli tui.
 L X X I X.**

*Artis me gemine Virgo petis impete Amantem,
 Vno quemq; feris Sydere, crine petis;
 Hinc pectus iaculata faces popularis Amanti,
 Arcius hinc Dominae me tibi necit Amor;
 Insidiata nimis iam Virgo desine, plura
 Ne tibi quare, tuus nam Dea totus ero.*

**SICVT FRAGMENTUM MALI PVNICI,
 nae genae tuae. L X X X.**

*Sic tibi Diua genas decor oris discolor ornat,
 Corticis ut faciunt punicea gyana decus;
 Iste rubet, passimq; crocus superadditur ostro,
 Sed tua fert rubeas aurea mala rosas;
 Discolor ille decor quantumq; oblectat Amantes,
 Tanto tu fueris gratior una Dea.*

**SVB VMBRA ILLIVS, QVEM
 desideraueram, sedi. L X X X I.**

*Quod pridem pia vota petunt, vota edita Amanti,
 Movera qui fecit plurima, fecit Amor;
 Felix assideo Coelestis Amantis ad umbram,
 Hic ubi certa salus, hic ubi lata quies;*
 Quod

*Quod quaram ulterius, nihil est, iam vota valete,
Aequa tulit Diva premia Amoris Amor.*

ET FRUCTVS EIVS DVLCIS
gutturi meo. LXXXII.

*Dulcia melle magis sapiunt mihi guttura, fecit
Aureus hac fructu dulcia Dius Amor;
Insuetam dedit iste dapem, vix hauseram, & oris
Conditio hac facta est, altera tota fui;
Ambrosiæ valeant, valeant & nectæra, fructu
Vilius hoc fuerit nectæra, & ambrosia.*

IAM ENIM HYEMS TRANSIIT.
LXXXIII.

*Desidiosa facis Virgo quidnam otia Terris,
Longa difficilem nec pudet esse mora?
Iam rigor hyberni lenitur tempore Veris,
Et tenet hic placidus regna beata tepor;
Nec furit exultans Auster, sed mollior aura
Temperat optato Sydere amica dies;
Huc ergo, Dea rumpe moras, soleris Amantem,
Gaudia si dederis, mutua dona ferēs.*

FLORES APPARVERVNT IN
Terra nostra. LXXXIV.

*Serta tibi Dea Virgo, veni, redolentia nectæra,
Et vaga Cœlesti fragret odore coma,
Hic violas, si queris, habes, si lilia, velle,
Si malisq; rosas, reddet agensq; rosas;
Dignum nil deerit, quo veles aurea crinem,
Palmam nil deerit, quò insidiata feras.*

TEM-

TEMPVS PVTATIONIS ADVENIT
LXXXV.

*Cœli pampineo lasciuit vinea foetus,
Et multo vitis palmite flexa tumet,
Syluescet, ni falcis opus sarmenta recidet,
Lenia dum tepidi tempora Veris eunt;
Quidni ergo mea mecum accingere Dina labori?
Huc ades? & Cœlo pramia digna feres.*

LAEVA EIVS SVB CAPITE MEO.
LXXXVI.

*Officio Genitrix vinximibi sedula Natum,
Matremq; officio vinciet ille sibi;
Lana quies olim Pueri dulcissima Matris,
Ista dehinc Geniti leua Parentis erit;
Cedere nescit Amor, parili sed munere certat,
Nec benè tam recipit, quàm benè dona facit.*

ET DEXTERA ILLIVS
amplexabitur me. LXXXVII.

*Quas mihi diuitias ardor despondet Amantis?
Quas parat Aeternus delicias & Amans?
Ille Deam stringet dextra complexibus arctis,
Ille meisq; genis oscula mille dabit;
An meliora velim? quid dulcius osculo Amantis?
Suavia dum gemines, cetera differ Amans.*

SICVT MALVS INTER LIGNA
Sylvarum, sic Dilectus meus inter
Filios. LXXXVIII.

*Mille inter Sylua frutices ut roscida Malus
Fœtuq;*

Fœtuq; & palmam munere odoris habet;
Sic Dilectæ mihi mille inter es auree Amantes,
Sive amo delicias, seu volo diuitias;
Qua mea iam pridem tua tu facis, accipe corda,
Pectoris & secum iura, feresq; animi;
O Diue eblandite nimis, iacularis Amorem,
Sed fallor, totus tu mihi factus Amor.

SICVT LILIVM INTER SPINAS,

sic amica mea inter Filias.

LXXIX.

Quale nitent rigidos mille inter lilia vepres;
Sive odor est animi, sive cupido decus,
Talis Diua mihi mille inter es aurea Diuas,
Seu volo delicias, sive amo diuitias:
Tu tua fecisti, Domini qua corda fuere,
Pectoris & Dominam te facis, atq; animi;
O Virgo blandita nimis, iacularis Amorem,
Nec fallor, facta es tu mihi totus Amor.

FVLCITE ME FLORIBVS.

XC.

Que loca Cœlestes legitis redolentia Diue,
Hinc grata è violis, hinc sed odora rosis;
Carpite siue rosas, violas seu carpite Amoris,
Et verno reducem cingite honore Deam;
Nec flores ridete alios, sic oris Amantem
Dum Nympha nectet gratia, pascet odor.



STI-

STIPATE MEMALIS.
XCI.

*Dum gradior placitura Deo, pomaria Diua
Ite cita, lectum dulcia mala Dea;
Hinc & odoriferis circum me cingite donis,
Occulite inq; meo pomis beata sinu;
Talia poscit Amans, proha dulcia munera, quis scit?
Hec si Diua dabo, nè meliora feram?*

QVIA AMORE LANGVEO.
XCII.

*Quid Diua iacularis Amor magè spicula cordi?
Elanguet pectus, pectore cumq; animus;
Serpfit languidulis mihi iam vis ignea venis,
Ardeo tota, uror, conficior, pereor:
Verte faeces aliò, Nympha delinuc appeta Amantem,
Langucat et pariter depereuntis Amans,*

ASSUMPTA IN COELVM
B. Virgo ab Elementis, Sphaerisque
excipitur. Aer. XCIII.

*Virginis Aula feror flammis contermina, pennis
Quae miniat croceis discolor una Polum;
Dum quasi pons vario tractim depictus honore
Errat, ut hinc dulces vellere stillet aquas;
Malo tamen sed Diua tuis subsistere plantis,
Huc agè Diua aliàs, sed mea facta Dea es.*

IGNIS. XCIV.

*Orbitus exsurgit sedes cui proxima, flamma est.
Hic*

*Hic seruat roseo purior igne faces ;
 Tu quoque summa pete, & Caelis Virgo aurea sedē
 Delige, supremo proxima facta Deo ;
 Ignis es, & validas benè habes accendere flāmas ;
 Hares? igne tuo sed Deus Axe perit .*

L V N A X C V .

*Quid roseis crinita places tibi Delia flammis ,
 Aurea composita fila canisq; coma?
 Abde comas, compesce faces, fila aurea conde,
 Purior elucet te sine labe Dea ;
 Diva regat qua Virgo vehet meliora metallo
 Sacula, Sponsa Polo, Delia facta Solo.*

M E R C V R I V S X C V I .

*Hactenus Interpres superi Cyllenius Orbis,
 Aurea cui torto virga Dracone viret ;
 Te nunc Coelesti locupletat munere Divam ,
 Et viduum celso deserit Axe locum ;
 Perge igitur, Coeliq; adeò secreta profunde,
 Divinisq; Choris addita diva doce .*

V E N V S X C V I I .

*Quid Caelo Cytherea facis Dea Mater Amorum,
 Sydereum incestas delitijsq; torum?
 Non benè delitias quę tales diligis, Axe
 Sisteris, hec nisea regna relinque Dea; (ris
 Virgo Venus, sed casta Venus, Venus aurea hono-
 Plena est, quam tanto deperit igne Deus.*

S O L .

S O L. X C V I I I.

Eois propensus erat Sol aureus undis,
 Nectere purpureis frena decora iubis:
 Cum tua prospiciens Dea primo lumina ab ortu,
 Dum legis Aethereas sydere amicta vias,
 Ecquid opus me Caelo, inquit? tua Virgo sit Aula,
 Tu face Phœbus eris, lumina Diva dabis.

M A R S. X C I X.

Quà Caelo pharetratus agit Mars cuspide flam-
 Arcuat & sano cornua lenta toro, (mis,
 Virgo siste pedem, solium tibi Diva repone,
 Aurea qua superis Pax nitet acta Plagis;
 Externis relegasq; Oris dum ferra, Quirites
 Fac, per te pacis commoda Virgo ferant.

I V P P I T E R. C.

Vana ferūt, sed Diva ferūt Rege Ammone natos,
 Esse Deos, superis inde praesse plagis;
 Tu Genitrix es vera Dei, Caelumq; ministras,
 Dantur & Aetherei regia sceptrâ Poli;
 Cede igitur Dyc̄tae Dea, tuus Alma sit Orbis,
 Pendeat auspicijs Curia serua tuis.

S A T V R N V S. C I.

Dum cupidis enixa Deum Virgo aurea Terris
 Aeternanda dares aurea sacula Viris,
 Prisca quis invidit Saturni sacula Regis,
 Cum ferret gravidum Terra inarata sinum?
 Inde sed aethereos hic erritat aureus Orbes;
 Tu Dea qualis eris? dicito, Sponsa Dei.

C O E-

COELVM CRYSTALLINVM
CII.

*E vitreis est Axis aquis, Crystallina tecta,
 Perspicua & lymphis limina postis habet;
 Hic bene quam facies rerum pulcherrima sedem;
 Purior Eois qua renitescis aquis?
 Nè transi, compefce gradum, sic Diva valebis
 Dulce laborantis rore leuare sitim.*

COELVM STELLATVM.
CIII.

*Hic ubi nocturnis Cælo nitet Hesperus horis,
 Agmina millena ductat & alma facis;
 Siste pedem, soliumq; tibi super instrue Virgo,
 Sydus Sydereum vendicat Orbe torum;
 Siq; comis diadema petis, Virgo aurea, ferto
 Astra caput meritum bis tibi sena prement.*

COELVM MOBILE.
CIV.

*Mobile Diva, seror motus pro munere Cælum,
 Scilicet hac quavis Sphæra rotante rotat;
 Axis deuexum volucris petit impete gyrum,
 Haud mora, nec meta est, nec datur vlla quies;
 Si tamen hic Virgo sed eas, tum nescia cursus
 Sphæra erit, aternum firma futura Dea.*

COELVM EMPYREVM.
CV.

*Hæc tibi iam Virgo meta est hæc clausula cursus,
 Vtterius*

310 Epigrammatum.

*Vlterius nulla progrediere via;
 Sistere Diua decet tractus post Aetheris omnes;
 An fugies retrò clauditur Orbis iter:
 Hic mea mille inter Diuū agmina facta, quiesce,
 Sternitur hic thalamus, sternitur hicq; torus.*

EX ANGELICA SALVTATIONE
 In Assumptionem B.M. Virg.
 Epigrammata.

A V E. C V I.

*Virgineas aduenit ubi Virgo aurea sedes,
 Nuncius è Coelis Aliger, inquit, Aue.
 Qua tibi quàm felix extarit uocula Virgo,
 Ominis & cuius praescia, Diua sapis;
 Virgineam dedit haec Matrem fore Numinis Orbe
 Fecitq; Aethereis sedibus esse Deam.*

M A R I A C V I I.

*Contigit hoc duplici Virgo tibi namine nomen,
 Et quia tu Genitrix, & quia Sponsa Dei;
 Nam seu Virginea Coeli Regem excipis aluo,
 Seu sociam Coelo suscipit ille tori;
 Quàm benè tanta decent Sponsam te, & nomina
 Virgo, qua Superis affluis una bonis? (Matrem*

GRATIA PLENA.
 C V I I I.

*Audio te superi Genitricem Numinis, aio,
 Virginis exultant Pneumate corda Des;
 Ocyor. efferris roseo super Aethera curru,
 Diua*

*Diam Virgineo pneuma latere sinus,
Arguit hinc geminum plenã te Numine matris,
Gignere posse Deum, posse tenere Deum.*

**DOMINVS TECVM.
CIX.**

*Certat in ambiguo, ap melius cum Numine iuncta,
Dum nixa es, fueris, dum frueris vè Deo;
Illic te genitam Natus dedit esse Parentem,
Istic te sponsam cum Patre, Natus, Amor;
Gratia, nec cor. stat, Genitrix qua, Sponsa vè maior,
Seu tamen hæc melior, si vè ea, iuncta satis.*

**BENEDICTA TV IN MVLIERIBVS.
CX.**

*Sunt tria, scemineus per qua tibi subditur ordo,
Integra Virgo, Parens innuba, Sponsa Dei;
Virgis Virgineos intacto pectore honores,
Et Matrem Matrum precubat ante torus;
Sponsa q; dum resces nectis diademate crines,
Et tu te superas, & decus omne prais.*

**ET BENEDICTVS FRVCTVS
ventris tui Iesus. CXI.**

*Quam sacrũ, Dea, quod tenuit tua viscera Terris,
Et Cælo Sponsam te fore Numen amat?
Fructus hic intacta exilijs te Virgine, Sponsam,
Fructus hic & Dominam te super cæstra beat;
Percipe iam ventris tua munera Nupta, Parens;
Munera sancta sibi, Numina Diva mihi.*

SAN.

SANCTA MARIA.
CXII.

Diceris & proprio Terris agnomine sancta,
Diceris & proprio nomine Sancta Polo;
Hic quia te licuit sortiri gaudia Caeli,
Hic quia creuerunt gaudia teq; Polo;
Sic utrinque tibi tua sunt discrimina, iunge
Inde quod ex fructu nosceris, inde toro.

MATER CXIII.

Munera partitur tibi, nobis Dia salutis
Prodigus officio, non tamen aqua Deus;
Munere te Matris donat, te munere Sponsa,
Iungitq; Aethereo te sibi Diua toro, (aqua
Quid tamen, inuideam? at magè gaudeo, nã licet
Non reddat, meriti prò ratione satis.

DEI CXIV.

Quod te Diua beat Caeli se pignore Numen,
Hac tua tu debes gaudia, teq; Polo,
Quod tu Diua beas grato sed pignore Caelum,
Hoc suaq; debet item gaudia, seq; tibi;
Sic tibi quod Numen donat, Dea reddis Olympo,
Sic tibi quod Caelum debet, & ipsa Deo.

ORA PRO NOBIS.
CXV.

Si Dea cum Caelis aberas, Patris Aetheris aures,
Senserunt faciles ad pia vota preces;
Quàm

*Quàm tua contingent melius nunc vota triūphū,
Pignoris exultas qua sociata toro?
Ergò agè funde preces, & quos presentia linquit,
Ne tuus, ah saltem fac Dea, linquat Amor.*

PECCATORIBVS.
CXVI.

*Hactenus ut Terris Natos pia munere Mater
Iuisti, famulos mitis & ut Domina;
Iuueris exinde ut Cælo Patro na clientes,
Ut sociosq; Poli vertice iunge tibi;
At nos noxa tenet; tu dilue, siue clientes,
Seu famulos, Natos seu Dea Mater ama.*

NUNC, ET IN HORA MORTIS
nostræ. CXVII.

*Antè Dei Genitrix, Genitoris Filia Nati,
Digna Parente Deo, pignore digna Deo;
Sponsa salis nunc astra Dei copulanda triūphis,
Sponso digna Dei Pignore, digna Deo;
Hinc tibi quā melius fuerit Dea, Numinis aurā
Per tua felicem vota rogasse Polo?*

A M E N. CXVIII.

*In solito quamuis ornandam munere Virgo
Euehat Aligerum te super astra Chorus,
Tu tamen Alma tuos è Cælo despice Natos,
Dexteraq; adspiret Virginis aura Solos;
Spiritus & tenues dum dilabetur in auras,
Nobis propitium Sponsa precare Deum.*

O AD

AD B. VIRGINEM DE TRIPLICI
eius gradu. CXIX.

*Nata, Parens, Sponsa, illuces, populare, potiris,
Terris, Orbe, Polo, dotibus, igne, Deo.*

AD EANDEM.
CXX.

D P Ph n N S n p V
icta olo oe ix, umen i e dis ice elo.
P S F l N N u i Co



IN DIEM NATALEM CHRISTI
ad B. Virginem.
C X X I.



*Redde aluo, qđ Diva tenes, retinesq; quod Aether
Miratur, Tellus suspicit, Vnda colit ;
Sydera cui rident, Cœli cui militat Ora ,
Et præsto est Superum Curia Serva Deo
Auspice quo fiunt & singula, & omnia, Cœlo,
Ac Terris fieret quo renuente nihil ;
O felix proles, sed felicissima Mater ,
Nitere, te q; tuo pignore, nos q; bea.*

DE PVERO IESU.
C X X II.

*Quis neget? humana miscent fera prælia vita ,
Hinc labes scelerum, pœna sed inde necis ;
Nec requies est vlla animo, discrimina at inter
Huc modo, nunc illuc irrequietus abit ;*

O 2 Occurrit

*Occurrit sed utrique Puer, sine crimine in auras
 Editur, en labi, mox cadet ille, necis;
 Hæres? at tegitur puerili corpore Numen,
 At latet in vili vellere, crede, Deus.*

VT RECENS NATO DEO MOLLIA
 sternat cunabula, Clorys inuitatur.

C X X I I I.

*Qua vaga milleno violaria pingis amictu,
 Velasq; Idalijs tempora eburna rosis,
 Huc agè Virgineo demessis floribus ungue,
 Sterne recens Nato mollia strata Deo:
 Circū sparge rosas, calthisq; admisce Amarāthos,
 Addeque puniceis plena canistra rubis;
 Hæc Clorys te cura manet, iam perfice, supplex
 Ac Terris genitum sic venerare Deum.*

DE FIDE B. VIRGINIS EX IIS
 verbis. Matth. 17. si habueritis
 fidem, sicut granum Sina-
 pis, &c. C X X I V.

*Vel iuga transmittes, Cœli sapientia clamat,
 Et Pelagi medijs, fide, locabis aquis;
 Laus tibi debetur Virgo hac, & gloria, Cœlo
 Qua Dea dereptum niteris Orbe Dea;
 Nec montes, nec saxa moues, sed Numen, & unâ
 In Terras secum Curia tota venit.*

AD B. VIRGINEM, VT DETEGAT
 obiectum Solem, & gemmam.
 C X X V.

*Non benè pallidulo radiorum spicula nymbo
 Velat,*

*Velat, & aureolas Sol benè nube faces ;
 Non benè secretis scintillat gemma latebris ,
 Vel ferrea merces arcucla clausa tenet ;
 Ergo tuas expone oculis Virgo aurea gemmas ,
 Et Solem profer, quem Dea ventre tegis .*

DE POTENTIA B. VIRGINIS

*ex ijs verbis; si Monti huic dixeritis ,
 tolle, & iacta te in mare, fiet.*

CXXVI.

*Cui subnixæ fide mens est diuinior Orbe,
 Precipit ille Solo, precipit ille Salo ;
 Hinc celebris Thaumaturgi laus unica floret ,
 Iura iugis, & aquis qui venerãda dedit; (vllis
 Quid tamen ad Mariam, non unda, aut motibus
 Imperat, æterno dat nauis iura Deo ;
 Vna velit, nutu deducet sydera Cælo .
 Et fiet Cælum Terra, Solamq; Polus .*

DE PARTU B. VIRGINIS.

CXXVII.

*Tellus quicquid habet, Titan alit, excitat imbet .
 Nympha petit, tondet Gratia, Clorys amat :
 Aequor quicquid habet, Titan alit, excitat unda ,
 Quærit Nympha, legit Cypria, Tethys amat ;
 Omnia Virgo parit, parit unda, quicquid habebunt,
 Maius aues aliquid? parturit Alma Deum .*

DE DEO, ET HOMINE IESU,

& Maria Virgine, & Matre.

CXXVIII.

Deum Virgo connixa parit decus auream Cæli,

O 3 Hinc

*Hinc hominum est acies, inde corona Deum;
 Utraque Nascētem veneratur, & utraque Matrē,
 Nomen utrinque Dei personat, atque Dea;
 Hinc Genitū stupuere Deum, hinc è Virgine factū,
 Virgo ut sssq; Parens, ut sit homoq; Deus;
 At Diva id Virtutis habent, opus istud Amoris,
 Ut dum magna Deus, maxima praestet Amor.*

**PRECATIO AD B. VIRGINEM.
 CXXIX.**

*Invida quid Coeli compestis munera ventre
 Sydereumq; negas reddere Virgo decus?
 An pudet orantum nequicquam fallere vota?
 Conceptas animis nec venuisse preces?
 Solue uterum, sic poscit Amor, conmittere, Terris
 Reddeq; Caelorum munera, redde decus.*

**DE STELLA QUÆ APPARUIT,
 & Angelorum concentu, qui auditus est
 Christo nato. CXXX.**

*Qua vespertinis Caelum fax purpurat oris,
 Grata sonis aures & Meloepa ferit?
 An fallor, Deus est, propioris signa salutis
 Nobis proximior scilicet alma dedit;
 Nascere Magne Puer, longos optate per annos,
 Nascere, teq; dies, te redeatq; salus.*

**IN NOCTEM NATIVITATIS
 Domini. CXXXI.**

*Vade agè sydereo meliori lampade Cælo,
 Atque serenatos Nox imitata dies;
 Asternes*

*Aeternos facibusq; tuis iaculare decores,
 Esamine Phoebis amula facta focis;
 Ne tamen ulterius teneas agè nomina noctis,
 Haud nox, clara dies, qua vehis una diem.*

**B. VIRGO CONFERTVR CVM
 Caelo. CXXXII.**

*Astra Sydereo quàm promicat Aula Theatro,
 Tam benè Virgineo pectore candor inest;
 Splendet ibi vario distinctum lumine Caelum,
 Virginis at niveo pectore ludit Amor;
 Ergò novum Terris formant nova Sydera Caelum,
 Hicnè Deus? Deus est, Regia Terra Dei.*

**DE IESV PVERO DIALOGISMVS.
 CXXXIII.**

*Quis Puer in stabulo? Deus est; ubi sēmata? desūt;
 Cur? direpta sibi; diripuit quis? Amor;
 Quid iacet? à Caelis exul, cur exulat? ardet;
 Cur vagit? Puer est; cur lachrymatur? amat;
 Qua tibi, Amor, virtus, arces si fframine, plectis
 Exilio, cogis si lachrymare Deum?*

**AD D. O. M. VT SUPERINDVAT
 carnis velum. CXXXIV.**

*Colloquio si tanta Dei lux indita Mosis,
 Vt Populi fieret sydere visus hebes;
 Harebit quis, summe Deus, tibi proximus? ora
 Ni Solis radio lucidiora tegis?
 Ergo nè officias, positum super indue velum,
 Mox siant oculis proximiora meis.*

DE ARCHANGELO MICHAELE
in Christi D. Natiu. CXXXV.

*Syderei paleata Solo cunabula Regis
Illachrymans Michael, talia fatus ait;
Quid Caelum valeas, facta est si Regia Tellus?
Quid vos astra, Deo si torus est palea?
Iam mihi sordetis praestramine sydera, Caelum
Pra Terra sordes hospite, grata fuga est.*

DIALOGISMVS DE PVERO IESV.
CXXXVI.

*Que Dea cum Puer? Charis est; unde edita? Caelo;
Qua Matre? aeterna est; quo Genitore? Deo;
Que comes hac illi? Venus est; unde edita? Caelo;
Quo Genitore? Deo; qua Genitrice? Dea;
Utraque cur adstat? componat ut utraque Nato.
Vultus illa genas, verticis ista comas;
Officiosa Charis, tali qua munere ludis,
Talia que praestas, officiosa Venus.*

DE EODEM ECHO.
CXXXVII.

*Infans dum roseo Matris terit ore labellum,
Quis tener è tenero pectore clamor? E: Amor;
Infans dum roseo Matris terit ore papillas,
Cur querulus querulo carmine vagit? E: agit;
Seu terit ore labrum, seu conterit ore papillas,
Pectore clamat, E: amat; carmine vagit, E: agit.*

DE

DE EODEM ECHO.
CXXXVIII.

*Huc agè qua resonis Virgo spatia sub antris,
Aureus ore Puer cur ita vagit? E: agit;
Quid tamen, infantem cuius vis improba torquet,
Et facit in lachrymas sit male pronus? E: Onus;
O Amor, at quàm dulcè canit, vel vagiat, ecquis
Est Echo, cuius carmine solor? E: Olor;
Cæli Olor en niveis crinitur tempora pennis,
Est Puero facies nam generosa; E: rosa;
Nix sociata rosa sic aurea temperat ora,
Flammae, dic, vrunt sed labra tenè? E: gena,
Ardent igne gena? quis sic depinxit? & ipsa
Vror, suauolium dum dare conor, E: Honor,
Lusimus Echo satis, iam non reditura quiesce,
Inq; tua voces supprime Valle; E: Vale.*

DE B. VIRGINE PVERVM IESVM
in Cunis respiciente. CXXXIX.

*Stramine depositi pendebat Mater ocellis,
Has voces Puera cum lachrymata dedit;
Dulce fuit quid ferre tibi hac incommoda vita?
Quid Puer in pænis auree ferre dies?
Ah scio, Divina latitat sapientia Mentis,
Paspere dum Genitor delitet ade Deus;
Fortunata Domus, Cæliq; beatior Ora,
Hospite dignata es qua Genitore Dea.*

DE LACHRYMIS, ET RISU
Pueri Iesu. CXL.

Fœnili teneros clinat Puer aureus armos,

Q 5 Sententia

*Senteq; perfrictus vocibus astra ferit ;
 Eiulat, & refluus humectat fletibus ora ,
 Aemula sanguineis ora beata rosis :
 Huc subito, exceptum Genitrix gremioq; reponit,
 Illachrymat, lato tum nitet ore Puer ;
 Officiosa Parens, multoq; potentior, apta es
 Qua Pueri lachrymis gaudia ferre tuis .*

AD PVERVM IESVM IN CVNIS
Mater. CXLI.

*Pupule mi, ò mi anime, optare quàm, mollior esset,
 Dulcior agresti stramine, quamvè torus ;
 Tristia qua possum, tibi sed tuncubula sterno ;
 Addo etiam tristes, nam finitur, lachrymas ;
 Incipe sed Diuine Infans assuescere poenis,
 Incipe, nam melius mox grauiora feres .*

E A D E M A D E V N D E M .
CXLII.

*Ora notat pallor faciem quid fusus in omnem ,
 O animi potior parsq; salust; mei ?
 Aures & querulo contristas murmure Matris ?
 Ah perimor telis obuia facta tuis ;
 Mille petunt infesta animam tot spicula, ocellis
 Quot stillas ò mi Pupule fundis aqua ;
 Saucior aduerso milleni vulneris ictu ,
 Omnisq; expanso tramite vita fugit ;
 Infelix ò Amans , reuoco, felicior omni ,
 Cui potuisse datur sic in amore mori .*

E A D E M

E A D E M A D E V N D E M
CXLIII.

*Sive Puer capiti cerno flavescere crines ,
 Ut vincla eripiunt hi mihi me, atq; animam;
 Sive genas Tyrio fulgentes murice, & ostro ,
 Vrit inexhaustis excita flamma rogis;
 Sive tibi faciem Gelasius, & ora serenat ,
 Nectare amabilior pectora risus alit;
 Sive madent teneris rorantia sydera guttis,
 Quae feriunt animam, spicula mille iacis;
 Quam Fili Diuine potes, quae in imagine virtus,
 Quae me sola ferit, surripit, vrit, alit?*

B. VIRGO AD PVERI
Lachrymas. CXLIV.

*Sydereos temerè violas quid gutta Pyropos,
 Impia rosululis destua facta genus?
 Et Pueri faciem, Diuosq; oblita decores,
 Non benè sanguineas inficis imbre rosas?
 At fallor, reuocare libet, non inficis, ornas,
 Et facis athereum gratius ire decus;
 Sic rosa Caelestis resperfa aspergine roris,
 Gravior explicitis purpurat ora comis.*

A D P V E R V M I E S V M.
CXLV.

*Vix tener incomptis plangis vagitibus aeternam,
 Matremq; incerto murmure Pupe vocas;
 Diceris & Verbum superas resonare per Oras,
 Quae vocat è Caelo, Voxq; sonora Dei;*

O 6 Hec

*Hæc, scio, Divini fuerint Miracula Amoris,
Vnus ut emissa tu sine voce voces.*

**DE PVLCHRITVDINE, AC
suauitate Pueri Iesu.
CXLVI.**

*Pulchra virent latis ridentia germina campis,
Aurea purpurei fila nitentq; croci;
Suavis odor caltha, suavis violaque, roseque,
Pulchrior ijs tamen es, suavior atque Puer;
Suavior es caltha, præstas violisq; rosisque,
Germine pulchrior es, pulchrior esq; croco.*

**AD CHRISTVM DOMINVM
Seruatorem in cunis positum.
CXLVII.**

*Es Puer, et Pueri paruis obstringere cunis,
Re tamen, atq; animo nil puerile sapi;
Summa facis Diuine Puer, contraria nectis,
Vinclorq; eternum dissita iuncta legis;
At verò grauiora paras, dispellere Ditem,
Morte tua moriens ferre necemq; neci;
Grande opus est, grandisq; animus, q; talia versat,
Sed qui summe lates, maior utroque Deus.*

**DE B. V. ET PVERO IESV.
CXLVIII.**

*Æmula mentitur Nati Virgo aurea partes,
Non secus, atq; oculis rem specularè refert;
Lata serenato præfert si gaudia vultu,
Solvitur in risus, ut face nix in aquas;
Sydera sin lachryma, pallorq; obnubilat oris,
Virginis*

*Virginis & lachryma, pallor & ora notat;
 Quæris cor etiam? cor idem quidni extet utrisque,
 Cor, formamq; capit si redamantis Amans?*

B. VIRG. CVM PVERO IESV.
 Dialogus. CXLIX.

*Fronte tibi qui Diue nitet Puer auree fulgor?
 Verni temperies, & nitet aura Poli;
 Quid decus effinxit gemini benè luminis? aëtrum;
 Quid pinxitq; genas? nix sociata rosis;
 Quis lepor è medijs ardet labijs? Amaranthus;
 Quæ Dea latitijs temperat ora? Charis;
 Ergò Charis, nix, aëtra, rosa, Cœliq; Amaranthus,
 Prò ore, genis, labijs, lumine, fronte nitent.*

DE MUTVO OFFICIO B.
 Virginis, & Pueri Iesu.
 CL.

*Pendet ab uberibus cara Genitricis, anhelò
 Dum niue candidius lac bibit ore Puer;
 Pendet at ex oculis lactentis Mater, anhelò
 Basiaq; ambrosijs implicat ore genis;
 Et quia dente Puer nescit nõ stringere mamas,
 Amplexus nescit non iterare Parens;
 Sic alter capit alterius de munere vitam,
 Osculo habet Mater vivere, lacte Puer.*

DE PVERO IESV IN PRÆSEPE,
 & Magorum Adoratione.
 CLI.

*Delitet in tuguri congesto è cespite tecto,
 Stramineo*

*Straminea, & clinat mollia membra toro ;
 Et tamen Eois Infans inuisitur undis ,
 Et tamen hunc Regem regia dona notant ;
 Ergò quid fieret, natum si diuite tecto
 Aptarent roseo gemmea frata toro ?*

AD PICTOREM DE PVERO
 Iesu. CLII.

*Pinge recens Nati faciem mihi Pictor, & Ora,
 Lambere qua Genitrix aurea dulce facit ;
 Hares? Eccè tibi Tyrio de murice pictas,
 Cognatasvè rosis finge decore genas ;
 Invida syderibus sountillent lumina flammis ,
 Et dato Phœbeum vincere posse decus ;
 Cynnameos auri resperge colore capillos ,
 Pexaq; irradiant gemmea dona comas ;
 Lat note, auriculas, duo tabra corallia pingant ,
 Et face brumali colla madere niue ;
 Stet Charis, atq; lepor, circum stet Gratia, Nato
 Tam bonè lusit Honor, tam bonè visit Amor .*

EGO DORMIO, ET COR MEVM
 vigilat. CLIII.

*Seu cunis recubo, somnusq; obrepit ocellos ,
 Matris lacteolo lusto siue somno ;
 Seu queror, & tetricis turgesciunt lumina guttis,
 Vel risus roseis ludit, Amorq; genis ;
 Implicitis seu labra rosis Dine' ubera sugunt ,
 Vel Matris gemino basia mille rosis ;
 Cor mihi non intus dimisso munere dormit ,
 Sed vigil aterna perficit artis opus ; (mis
 Nempè Amor immittit curas, & plurima flam-
 Das*

Dat potuisse mihi, dat vigilasse tibi.

IN ASCENSIONEM CHRISTI
Domini. B. Virgo loquitur.
CLIV.



*Lactea quæ niveo contendit semita florî,
Concolor atq; ebori vibrat in Axe decus;
Hac Terris nostrum Cælo transmittit Amantem,
Pignoris agnosco signa beata mei;
En lata ut placidi ridet Pellacia Ponti,
Vereq; pubescit versicolore solum;
Cæca serenato cesserunt nubila Cælo,
Atq; acies pluviæ contidit ætæ Noti;
Hæc mihi, non aliæ redamans hæc fecit Amantem,
Ut sine Amante Parens, non sine Amore forem.*

AD CHRISTVM DOMINVM
Ascendentem de pulchritudine eius
alarum. CLV.

Præpeto qui cursu Cæli fastigia tendis,

328 Epigrammatum.

Et quatis excelsis sidera celsa pede ;
 Quot pandunt auris pennas felicibus ala ,
 Tot rident astra versicolore faces ;
 Sic ubi Sydereo madeant Terrestria rore ,
 Quae candent viola, quae rubuere rosa ,
 Depictos referasq; sinus argentea Clorys ,
 Hinc Dea cana rubes, hinc Dea rubra nites .

CHRISTI DOMINI PVLCHRITVDO
 Auroræ, Soliq; præfertur.
 CLVI.

Exeris auratos Cælo dum Christe capillos,
 Albicat & niveo corpore Dius honor ;
 Quod decus è roseo fundit Thaumantias ore ,
 Sordet, roriferos quæ Dea flectit equos ;
 Nil mihi cum Phæbo, quas vibrat, negligo flamas ,
 Euincis geminas lumine Christe faces .

DE CANDORE, AC LVGINE
 Christi Domini Triumphantis.
 CLVII.

Tecta niuis Solis facies candore coruscat,
 Si pingat roseas nix tibi Diue genas ;
 Ellicet at ridens picta de margine frontis
 Permulcensq; oculos discolor exit honor ;
 Non ita vel socios circumstent cana Amaranthos
 Lilia, consurget discolor inde decor .

CHRISTO DISCEDENTE IOANNES
 loquitur. sine Sole nullum sibi diem
 futurum. CLVIII.

Boscida cum Cælo repetet Matuta labores ,
 Totæ

*Tota gravis fuerit lux mihi facta dolor;
 Vesper erit, tetrisque; Aether densabitur ombri,
 Fiet & in media nox mihi caeca die;
 Cur ita? dispereunt sine te mea gaudia Christe,
 Et te clarus erit qui sine Sole dies?*

**B. VIRGO OMNIA POTIVS CV PIT
 esse, quàm esse sine Christo.**

CLIX.

*Clara triumphali relegis dum sidera curru,
 Absiam rapidis orbita cincta rotis;
 Vel leuis Asturco, quo circinat orbita Coelos,
 Vel tua qua Coeli stragula nevit acus;
 Deficio, ah siam, diuinis verba labellis,
 Nectare, & Ambrosia, qua meliora fluunt;
 Omnia sum potius, Terris quàm deserar abs te,
 Vivere Amoris Amãs, nam sine Amore nequit.*

**CHRISTVM TRIVMPHANTEM.
 splendore astra, odore rosas, candore
 niuem antecellere. CLX.**

*Reperfas si colle niues ex Aere ipettes,
 Dixeris, egelida quid niue candidius?
 Puniceis depicta rosas violaria cernis,
 Fragranti cedit quicquid odore rosas;
 Aurea qua Aethereos percurrunt lumina campos,
 Flamma aquare potest, vincere nulla faces;
 Cerne Triumphantem, dices splendentior aëtris,
 Suavior est quàm rosas, Albior est quàm niue.*

AD

AD SOLEM DE CHRISTO
 Domino Triumphante.
 CLXL.

*Hactenus aura tuo radiorum crine superbit,
 Est Cynthiaq; tuis facta superba comis,
 Alterius deinceps radiorum luce nitescet,
 Fietq; eternis aura beata comis;
 En Deus assurgit, roseos huic cede decores,
 Caeli te melius diriget Axe facer.*

IN CHRISTI DOMINI ASCEN-
 sione cum Sancto Amore Dialogus.
 CLXII.

*Quò gressum celeras positis inglorius armis,
 Anxius huc, illuc atq; vagaris Amor?
 Cur ante in superos iactabas robora Diuos,
 Pronaq; triste premis nunc tibi calla iugam?
 Quicquid habet Tellus, fuerat se fulmine victum,
 Infelix rapidum, dic; ubi fulmen habes?
 Anne vides? Caelum pergit quia robore raptis
 Armis, me Caelum pertrahit alter Amor.*

IN EANDEM IAMBICVM.
 CLXIII.

*Quid hic diutius morare Caelitum
 Honor, decusq; Patriamq; negligis
 Reuifere? anne adhuc Amor sitit tuus?
 Laboris hausit aut parum? at super satis;
 Stygis perhorridè en Fera Inferi silent,
 Tuoq; perditè vigore brachij*
iacent.

*Iacent, bonusq; coepit exeri dies,
Beata qui ferat cuique sacula;
Amoris hoc opus tui; ergo gemmea
Caput corona, & aureo potentia,
Potes quod ut libet magis, manuum indica
Graua, Patrisq; dextera eia te Polo
Beandus infer, indeq; aureas faces
Retorque, Amoris igne corq; concrema.*

**PRECATIO AD CHRISTVM,
Dominum Triumphantem.
CLXIV.**

*O Iesu bone Dux, dulcissime Princeps,
Ne quid deinceps ambiat cor, velit Amor,
Vota anima mea protinus expleras;
Non infima hac velim, non Orbis gaudia;
Omnia qui solus es, solum te appetq;
Vel ubi ego sum, ibi te face esse mecum;
Vel ubi tu es, ibi me face esse tecum;
Si abis, perijt desiderium meum;
Si restas, ratum est desiderium meum;
Ergo ne vota vento fuisse irrita
Videar, vel Terris demorare tu mecum,
Me vel in Caelos trahere de Mundo tecum.*

**AD EVNDEM, UT IN COELVM
se transferat. CLXV.**

*Quin Patris eternos repetis pie Christe Penates?
Et differs miseris aurea secla viris?
Iam tibi difficile est uni nihil, addat Amoris
Vis animos, iubeat miteq; si ingenium;
Ne magis adde moras, vno te gaudia pendent.
Restas,*

Restas, hac pereurus, effugis, ecce vigent.

E A D E M D E R E.
C L X V I.

Eccè Triumphalis Coclo sub fella curru;
Eià age Diuinis iungere Christo Choris;
Et Patrijs solium, sceptrumq; ornate triumphis.
Accipe Victori debita dona Duci:
Nè tamen heu nostri dimittite è pectore curam.
Corpus abest, adsit dextera, eritq; satis.

DE CHRISTI VICTORIA.
ad Dæmonem. C L X V I I.

Est tibi, cur dextra fiteas tua robora Satthan,
Est cur, & fiteas quas iacis ore faces;
Quid tua nam valuit nacto in certamine dextera,
Faucibus emisse quid valuerè faces?
Hè periero, graui concisa est dextera dextera,
Imbellisq; tuo victus ab Hoste iaces.

VENI SANCTE SPIRITVS.
C L X V I I I.

Eià salutiferi Diuina ò Numinis Aura
Huc ades, & tenebras pectore solve meo;
Eijce nocturnas atra caliginis umbras,
Qua potes, & comple lumine, tolle metum.
Sic gressus comitare meos, ut deui a nè mens
Erret, sed pergat te Duce recta vias.

AD

A D D I V A M A N N A M
Genitricem Parentis Dei.
CLXIX.

*Virginis Anna Parens sterili fers pignus in aluo,
Et mea fers utero gaudia, fersq; tua;
Nata Virgineum depromant viscera foetum,
Das mihi latitiam, das tibi delicias;
Delitia nam Virgo tua, & mea gaudia Virgo,
Hanc fers, fers intus gaudia, mitte, dabis.*

DE PARTU S. ANNÆ ET B.
Virginis. CLXX.

*Anna Parens felix partu, felicior Anna
Virgo est, illa Deam parturit, ista Deum.*

IN NATIVITATE B. VIRGINIS
ad D. Annam. CLXXI.

*Que sacra Virgineam tegitis precordia Diuam,
Vel vos delitia, vel date delicias;
Non decet insignem tumulari cortice gemmam,
Nec pretiosa latet, qua pretiosa venit,
Haud tamen ei: Et morietur gloria gemma,
Quam tenuisse aluo gloria summa fuit.*

NATA B. VIRGINE FELICIA
omnia promittenda.
CLXXII.

*Quam Cœlum, Tellusq; manet, si nasceris una,
Nec reperit similes gloria tanta Deas,*

*Si te nascentem Solis colit aureus Orbis ,
Atq; stupent ortu Virgo elementa tuo ;
Qua mihi non liceat promittere gaudia ? quidni
Augurer, aeterni Numen adesse Dei ?*

I N B. V I R G I N E C O E L I
Terraq; omnes delicias collocatas
esse. CLXXIII.

*Quisquis auct varijs pinxisse coloribus, una
Effigie Terra, deliciasque Poli:
Aurea nascentis depingat Virginis ora ,
Et desiderio finis amatus erit:
Contulit huic ardens astris nam munera Coelum ,
Contulit huic Tellus germine picta solum.*

A D B. V I R G I N E M D E P V L-
cherrimo eius cultu CLXXIV.

*Te quibus aequiparem Divina ò Virgo Puellis ,
Cui frontem Charites, Sydera pinxit honor ?
Artepuellares cultus vel iungis Apelles,
Hic ipse inferior Virgine cultus erit ;
Scilicet aut cultum nè finge Tonante minorem ,
Aut similem si vis pingere, pinge Deam .*

NATA B. VIRGINE VITATAS ESSE
omnes miseras, adepta omnia bona.
CLXXV.

*Qua vincant Herebi vel pra gravitate ruinas ,
Siq; ibi, siq; alibi sunt graviora mala ;
Qua vincant superos vel maiestate triumphos ,
Siq; ibi, siq; alibi sunt meliora bona:*

Fugi

*Fugi illa, hac habui nata te Virgine, quidni
Hac dones etenim, qua dabis una Deum?*

**B. VIRGINIS, EVÆ Q; ANTITHESES.
CLXXVI.**

*Edita prima Parens noctis Mortalibus umbras,
Intulit eiectō pallida castra die;
Acta secunda Parens vita mortalis ad auras,
Eijcit inuictō pallida castra die;
Sic qua damna tulit Genitricis origo prioris,
Alterius terfit Matris origo Dea:
Sic quantum querimus prima de Matre, secunda
Tantum debemus, Virgineq; Dea.*

**BEATAM VIRGINEM ET IN
sua Conceptione, & partu Dei cu-
iuscumque labeculę expertem
fuisse. CLXXVII.**

*Seu pareris, seu Diua paris, sine crimine, culpa
Nataq; de sterili, Virgo Parensq; cares.*

**DE S. CATHERINA VIRGINE,
& Martyre. CLXXVIII.**

*Esurperat, & niveos inducit Diua colores,
Ore geritque rosas, ore nutritq; nivem:
Nec rosa candorem ladir, nec cana ruborem
Nix, verum rubor est, est simul atq; nitor:
Res noua, sed uera est, Vixitrix Catherina triūphās
Vna animo nix est, una cruore rosa est.*

ROSÆ

ROSÆ PRÆFERTVR DECOR
Catherinæ Virg. & Mart.
CLXXIX.

*Sanguineum medio surgens de sente colorem
Concipit aethereo nectare sparsa rosa:
Non ita sed multum retinet, quo Vere superbit,
Emoriens gelido mox uiduanda gelu:
Ergo purpureos ducit Catherina decores
Quàm melius, proprio tincta cruore rosa:
Aeternum capit ecce decus de cade triumphans,
Et rubet aeterno perpetuanda solo.*

DE EIVSDEM EX TRIPLICI
hoste Victoria. CLXXX.

*Quò Sponsi retrahant Sponsam Coelestis Amore,
Hostes tres uni praelia dira mouent:
Regis Amor, Pallas comes, & Mors improba, pe cti
Effera Virgineum telaq; certa petunt,
Hac tamen ex triplici triplicè fert hoste triūphū,
Vna tresq; Duces milite Marte ruunt;
Mors nece, Amor odio, Diuina Pallade Pallas;
Scilicet hac Diuus robora fecit Amor.*

DE EADEM AD MAXENTIVM
Tyrannum. CLXXXI.

*Protinus ut Diua discindi pectora ferris
Sauc Tyranne dabis. est ibi dextra Dei;
Dispat illa rotas, sola est illa saq; Virgo,
Ictaq; lethali vulnere Turba cadit;
Tu tamen haud, tanto certet uel Numine cedis
Iam*

Iam sè illi non vis cedere, cede Deo!

AD EANDEM DE EIVS EX
hoste Victoria. CLXXXII.

*Dum subit ingenij tecum discrimina, quosq;
Inficiare Deos, Rex ait esse Deos,
Eximium stupet eloquij miratus acumen,
Ac vinci metuens hinc vocat, inde Sophos,
Nescius infelix, tum primum à Virgine vinci,
Cum possis ut se vincere, Dina, timet.*

AD EANDEM DE MARMOREO
eius sepulchro ab Angelis constru-
cto. CLXXXIII.

*Nubila quà celso deuincit culmine Syna,
Et ferit aërio verticis astra iugo,
Hic tibi de Pario splendescit marmore bustum,
Aligerum tua qua gloria, Virgo, labor;
Sic felixq; iaces, mira hac cui contigit Vrna,
Siue opus inspectes seu magis Artifices.*

DE LACTE, QUI FLVXIT
ab eius vulnere, & oleo, quod ma-
nat è tumulo. CCLXXXIV.

*Plura licèt Cœlo decorent te nomina Diuam,
Mille inter faciant atq; nitere Deas;
Lethali niueum stillas ubi vulnere rorem,
Atq; olei tumulo condita dona paris,
Hac meliora tibi ponis discrimina Virgo,
Qua nulla exaquet Fœmina, nulla Dea;
Par fueris Catharina Deo, quo scilicet orto*

P

Fl1

Fluxit Romæ oleum, lac moriente fuit.

**FORTISSIMAM FUISSE VIRG.
& Mart. Catherinam.
CLXXV.**

*Fortis, quem peperit genitum Natura triumphis,
Atque coronatos hoste reducat equos;
Fortior at quanto quisquis se vicerit, hoste
Certaq; de tacito clara trophæa refert?
Ergo tu suavis Virgo, fortissima, vincis
Quæ Catherina alios, qua tua membra domas,
Sive animo meliore alios, seu Pallade vincis,
Te, dum spontè sero funere Diva cadis.*

**DE SANCTO THOMA
Apostolo ex ijs verbis, nisi videro in
manibus eius, &c. CLXXXVI.**

*In fida labes fidei turpissima, testes
Dum Thomas oculos, & petit esse manus;
Profuit apta laes causa tamen improba nostræ,
Ille negat, crescit nostra sed inde fides;
Felicem culpam, fidei qua facta ministra es,
Iam reor à tenebris exiluisse diem.*

**DE MARTYRIO SANCTI
Stephani Protomartyris. CLXXXVII.**

*Esaxis Stephanum sævè petit horridus imber,
Vixq; habet efflandam saucius inde animam;
Vota tamen sublimè facit, defixus & altum
Parce, inquit, Coeli Rex agè, parce reis;
Mox sibi, vade libens anime, aula tibi Aetheris alti
Eccè*

*Eccè patet, Coelum qua mora, latus abi;
Hac ait, & languens cecidit demessa vel ungue
Qualis, nulleno pressavè sente rosa.*

**DE B. VIRGINE ANTE CRUCEM.
CLX XXVII.**

*Saucia ut hamatis aspexit tempora spinis,
In Genito Genitrix sanguinea sç; comas;
Et roseum rotare sinus præcordia riuum,
Et fera ferra manus, & terebrasse pedes;
Concidit heu nimio Virguncula victa dolore,
Omnisq; athereo cessit ab ore color;
Sic languent sine Sole Rosa, sine Lilia rore,
Ponit odoratas calthaq; pressa comas.*

**AD DIVVM CHRISTOPHORVM
Martyrem. CLXXXIX.**

*Te quibus equiparem Martyr fortissime factis,
Quo minor Aegeon, quo minor esset Atlas?
Non scopulos, nec saxa geris, nec s; dera dorso,
Ast omni est grauior sarcina mole Deus.*

**AD EVNDEM DE EIVS ROBORE.
CX C.**

*Auribus ex ceptum transmissa tempore carmen,
Exiguo virtus corpore maior iust;
Sic tamen est alijs, in te nam fallitur vno,
Corpore, quiq; unà, es robore Dine Gigas.*

AD EVNDEM DE ÆREA, ET
 flammata casside, qua caput eius indu-
 tum est. CXCI.

*Aerea dum cassis crinem flammata revincit,
 Feruetq; innocuis ignea crista comis;
 Hac tua decertes clarum est quo pralia Rege,
 Et cuius miles signa sequare Ducis;
 Tu gaudes rapido succensa cassidis aestu,
 Igne Deus gaudet, miles es ergo Dei.*

AD EVNDEM DE EIVS MORTE.
 CXCII.

*Ille sos medijs effers Diue ignibus artus,
 Nec iaculata arcu tela ciuenta petunt;
 Carnificis decrepta manus non decidit, atro
 Vulnere ab inflicto Diue sed ense cadis;
 Et cui tela, ignisq; hominis non dextra pepercit,
 Quid mirum? iaculis sanior, igne manus.*

DE D. IACOBO APOSTOLO,
 & S. Christophoro, quorum solemnitas
 octavo Calendas Sextilis cele-
 bratur. CXCVIII.

*Quos comites lux una facit socialibus hymnis,
 Et Caelo comites hos facit una domus;
 Vnica non uno properata est tempore sedes,
 Vnus utrique fuit finis, & una via;
 Hic animam, ille animam, vitamq; profudit uterq;
 Abscissumq; caput fecit ad astra viam;
 Grande fuit pretium, sed laurea maior Olympo,
 Is*

Is vitam, hic vitam, sed sine fine tulit .

AD PRINCIPEM APOSTOLORVM
S. Petrum. CXCIV.

*Summa tibi dum iura noui Deus imperat Orbis ,
Te penes in Terris imperiumq; locat ;
Et Cœli referare vias, & claudere, vinculis
Et vincire reos, & soluisse dedit ,
Quàm bene sortita donaris nomine Petri,
Vocisq; emerita gloria tanta decet ?
Aetheris & domus, & Terra te nititur vno ,
Ut Petra officio, nomine Petrus eas .*

DE D. MARCO, ET MARCELLINO
Martyribus. CXC V.

*Membra fero suspensa diu de stipite pendent ,
Vulnere trauciunt ferraq; dira pedes ;
Hi tamen, ah quales epula, conuiuia, mensa ,
Qua, dixere, dapes, pocula, delitia ?
Attalica valeant, valeant hinc prandia, mensa ,
Ferra hac nectareo dulcia rore magis ;
Nunc agè qua celebrent, infer, conuiuia Cœlo ,
Si crux, & ferrum dulcius est epulis ?*

DE B. MARGARITÆ REGINÆ
Scotix in Pauperes liberalitate.
CXCVI.

*Regia fortuna disperdit munera, egenis
Margaris & patrias libera donat opes ;
Ecnore sed quanto? tennes hæc prodigit, amplac
Ut ferat, æternis & fruitura bonis ;*

*Sic fluiijs aquor latices largitur amarus,
 Influat ut retrò mutua dulcis aqua ;
 Pauca laboratis sic spargit semina campis,
 Ut messis cultor tempore multa legat .*

**DE S. NABORE MARTYRE.
 CXC VII.**

*Ferrata impediunt palmas, & colla cathena,
 Naborq; obscuri carceris antra subit ;
 Aureus at supero delabitur Aethere fulgor,
 Tristia qui noctis tadia luce fuget ;
 Nec modo Cœlestum solatur Regis Amantem,
 Robora prima nouo robore firma facit ;
 Sic habet, auxilio conspirant sydera, & Orbes,
 Prasens auxilium cum mihi Terra negat .*

**DE S. ONVPHRIO IN IGNEM
 coniecto. CXC VIII.**

*Decipitur, faciliq; haerit mendacia visu,
 Natum Rexq; recens haesitat esse suum ;
 Inijcit expertum flammis crudelis in acres,
 Prò cunis faciunt vstaq; ligna rogam ;
 At Puer accenso subridens lufitat igne,
 Exitq; è flammis Sydere lucidior,
 Nimirum medijs spectatur in ignibus aurum,
 Ut lucis rad:o splendidior mices .*

**DE S ANCTO MICHAELE
 Archangelo. CXC IX.**

*Lernaam nè vere Feram, nè immania Monstra
 Ultra posse aliquid, colla repressa tenent ;
 Viribus*

*Viribus Alcides, & flamma contudit armis,
Tollent occiduas nec rediuiua comas,
Fide Duci, vinces tanto omnia sospite, fide,
Hic virtus fuerit, qui tibi certa salus.*

**DE DVPLICI EIVS CELEBRITATE.
C. C.**

*Autumno gaudet Michael, & veris honore,
Aestiuum tempus negligit, atq; Hyemem;
Ver nempe, Autumnusq; parit leta omnia Terris,
Dura Aestus, & Hyems omnium dira facit,
Quidni dura absint? celebrata est palma triumph,
& Omnia contingant lata sibiq; meret.*

**AD D. DOMINICVM ORDINIS
Prædicatorum Institutorem San-
ctissimum. C. C. I.**

*Quam benè de Pario collucent lilia vase,
Mixtaq; lacteolis cana ligustra rosis;
Enitet albenti rorisflua lacte papilla,
Nix Sole in tenues quæq; liquatur aquas;
Tam benè Virgineo ridet tibi Gratia torde;
Domnice candorem pectora floris habent;
Defluus uberibus ros, & nix emicat, uno
Sic ut candidius te queat esse nihil.*

**AD D. COESARIVM MARTYREM
in restauratione eius Templi
Romæ. C. C. II.**

*Aedes bina tibi Diue est, sunt binaq; Templi,
Candida & ara Solo, condita & ara Polo;*

P 4 Vtraque

*Vtraque Roma tibi sacra est, Cœliquæ, soliquæ,
 Vtrobique parvis præmia honoris habes;
 Numen ibi te dote beat, te Curia Divum;
 Clemens, & Romæ Curia dote beat;
 Vtrinque è felix Terris, Cœloq; potitus,
 Munere Cœlituum, munere Romulidum.*

AD EVNDEM PRO CLEMENTE
 Octavo Pontifice Maximo. CCIII.

*Si desiderium Romana respicis Urbis,
 Diuæq; sunt Latia cognita vota toga;
 Redde Deum facilem poscentum vocibus, & qui
 Tempora dicat Clemens, huic pius affer opem;
 Indiget auxilio, potis es tu ferre, quid ergo?
 Si libet, ah valeat te penes ara, preces.*

AD EVNDEM PRO EODEM.
 CCIV.

*Roma tibi noua sacra facit Diuæ aureæ Templis
 Dona libensq; tuis ponit odora nouis;
 Tota iacet, supplexq; rogat, proh qualia vota,
 Clementi Domino sit diuturna dies;
 Sint rata vota, prec'esq; precor, Diuæ annuæ Cœlo,
 Vita pro Templi munere redde dies.*

INEFFIGIEM D. FRANCISCI.
 CCV.

*Quem video, Christū, dic, te an Franciscæ tabella
 Vna refert Christi corpus, & una tuum;
 Si Christum, tegitur cur tegmine vile cuculli?
 Si te Franciscum, cur tibi pectus hiat?
 Suspicor,*

*Suspicio, alterius vultum se se induit alter,
 Pingat ut effigies una colore duos;
 Quam potis est Coelestis Amor, iam collige, Deus
 Non solos animos, corpora mutat Amor.*

DE D. FRANCISCO SPINIS
 exposito. CCVI.

*Serpserrat ad teneras Francisci flamma medullas,
 Quam pura excierat pectore turpis Amor;
 Protinus ille vepres adhibet medicamina flāmis,
 Atq; accensa rubis membra rigere facit;
 Ecce necantq; inquit, non solum flumina flāmas,
 Ignis & apposita nam vepre flamma perit.*

DE S. MARIA AD NIVEM.
 CCVII.

*Qui nive resperfos feruenti Sydere Colles,
 Audisc; Aestati bella ciere gelu,
 Extemplo largire fidem, verissima carmen
 Transmissum iactat, digna fideq; sonat;
 Qua nive candidior quidni Dea Virgo nitescit,
 Aestivo possit tempore ferre niuem?*

DE EADEM. CCVIII.

*Aestati quid certat Hyemis? quid dira calorū
 Frigora bella mouent, dum furit igne Leo?
 Res noua, sed Maria contingit Virgine digna,
 Candidiore animo qua preit una niues;
 Nimirum niseo vestitur ut Alma colore,
 Sic amat in nostro pectore Diua niuem.*

DE SANCTA SYMPHOROSA
Martyre. CCIX.

*Purpurat inculto florum decor abdita sente
Exhausto Cœli punica rore rosa ;
Purpurat at quanto melius fortissima Sympho
Natorum septem facta cruore rosa ?
Sed rosa pingatur violis, quos flabit odores ?
Immixta hac Superis præstat odore rosis.*

AD D. VITALEM MARTYREM.
CCX.

*Gloria composita sequitur si prælia palma,
Solllicitosq; manet pectore amata quies;
Pax tibi sydereæ quàm Diue quiescere in Aula,
Grataq; pacifera præmia ferre Dea ?
Bellasti, peteres saævam dum vulnere mortem,
Aurea tranquilla dona quietis habe.*

AD D. LAURENTIUM
Martyrem. CCXI.

*Feruent suppositis concita incendia lignis,
Et sensim medijs Diue cremare focis ;
Tu tamen eludis subiectas carmine flammæ,
Inuictumq; almorobore pectus habes ;
Vnde hæc ? en video, aura cœis dispellitur aura,
Sic ignem superopronidus igne necas.*

AD D. VALENTINUM
Martyrem. CCXII.

Intrepido Mars ense ruat, Victoria fiet,

Latio

*Latus ab extincto si spolia hoste feram;
 Que noua sed uideo belli certamina? vincis
 Emoriens, hostis teq; obeunte peris;
 Nimirum deceant Diuos hac praelia, Victor
 Vt perdat, palmam, qui cadit, ille ferat,*

**D'E S A N C T I S M A R T Y R I B V S .
 C C X I I I .**

*Quos elū uisit, audeſq; do usq; eorū.
 Hæc Ca d L m D*

Finis Sacrorum Epigrammatum.



EPIGRAMMATA VARIA.

IN RESTAURATIONE TEMPLI
sancti Cæsarij Romæ facta à Clemente,
Octauo ad Urbem. CCXIV.

*Quicquid in Orphæo Rhodope vidisse Theatro,
Dicitur hac Clemens, Romæ, dat Aede tibi;
Copia læta fuit florum, iam suspice, quaris
Sive rosam, aut violas, hinc viola, inde rosa est;
Affuit insignis paries tum mille figuris,
Hoc opus inuideant Parrhasiaq; manus;
Quin etiam hoc tu maius habes, spectacula Gentē
illa fuere, Dijs hic sacra Tempa facit.*

IN EADEM RESTAURATIONE
ad Clementem Octauum. CCXV.

*Cæsaria laudes pelago committere classes,
Et freta nauale sollicitare tuba;
Threiciam Rhodopen urgere, ferosq; Sicambros,
Eo, & getædo ponere iura mari;
Læus tua dissimilis, Clemens, qui pacis in Vrbe,
Spectas, ut Diuis diruta templa noues;
Est aliquid uicisse hostes, sed maius Olympo
Reddere ius, merito Tempa parare Duci.*

EADEM DE RE ADEVNDEM
Clem. Oct. CCXVI.

*Diruta dum Clemens renouas, Urbisq; ruinas,
Tristibus & præsens sis medicina malis;
Quantum non Patria Patri noua Roma Quirino,
Tantum Roma vetus debet adaucta tibi;
Condidit*

*Condidit ille Urbem, tu seruas, & nisi fallor,
Est seruare Urbem, condere quàm, melius.*

IN EADEM RESTAURATIONE
ad Eundem Clem. Oct. CCXVII.

*Munera larga facis Roma, ut diffidere Clemens
Par Vrbs incipiat reddere posset tibi;
Quod tamen illa valet, memori te mente recòdit,
Ne sileant q̄; iubet, praterantvè senes;
Tu seruere diu, ac decori decus addito, crescet
Sic meritum, tua sic gloria maior erit.*

EADEM DE RE AD EUNDEM
Clem. Oct. CCXVIII.

*Tantum iam Superis Clemens, Coeloq; dedisti,
Quanti si Terris creditor esse velis;
Aether multa feret; Coelum feret omnia, summis
Aequale at meritis venerit inde nihil;
Hares? sed repetit quidnam altera imagine Roma?
Quid noua Coesario dedita Tempia petunt?
Expecta ò Clemens, ut fiat ditior Aula,
Premia tum tanto munere digna roga.*

DE TEMPLO RESTAURATO
S. Coesarij Romæ. CCXIX.

*Est noua qua Templi facies? qua tecta figuris
Hinc distincta, alijs picta sed inde notis?
Extabant veteris vix ultima signa ruina,
Illicet in melius Tempia redacta vides;
Principis hoc egit Pietas, quàm prouidus, Urbis
Et decor, & Coeli sic reparatus honor.*

DE

DE EODEM TEMPLO
ad Urbem Romam.
CCXX.

Hoc opus, hac Aedes, auro hac fulgentia Tecta,
Hic decor, hac oculis obuia tanta tuis;
Aula Parrhasia non concessura nitore,
Mille foret quamuis Aula decora notis;
Munera Clementis; pius hic Emblemate pictam
Aedem Cæsario, sacraq; Tempia facit;
Si tibi Apellaar Pelleus cederet Aulas,
Tempia quidem posses dicere mala mea.

DE EODEM TEMPLO
ad Eandem. CCXXI.

Ile sacri lateris Custos; cui nomina Cæsar
Atque dedit, Cæli quem Regioq; be at;
Hoc colitur Templo, licet hæc Romana fateri
Pubes; auspicijs debita tecta suis:
Huc ergo, & possitis super aras induere donis,
Ac bene Syluestro Roma precare tuo.

DE EODEM TEMPLO,
Et Stemmate Clementis Octavi Pontificis Maximi. CCXXII.

Hæc octavo quicumque legis miracula Templi,
Qualia non auri prodigia Memphis habet;
Expenso tecum; si nescis, stemmate discere,
Quid ræstrum signet, sydera quid vè notent;
Dæda fona nitent in Principe, prouida mens est
Sedula cura; Fides, Spes, Pietas, & Amor;
Expri-

*Exprimitur sed opus rastro, nè concidat Urbis,
Sed magis excrescat gloria, fama, decus;
Roma videt, gaudetq; nouis cumularier aris,
Clemente & priscas auspice ludit opes.*

D E E O D E M T E M P L O,
quod olim fuerat palatium Cæsaris.
CCXXIII.

*Hic ubi Cæsarij auri fulgent lumine Tempora,
Par et Apelleo de trabe ridet opus;
Inuidiosa feri radiabant atria Regis,
Aedes Cæsarij, Cæsaris ante domus;
Sic sacra sauitia sub seuo Principe, mitis
Sacra sub auspicio Principis eccè cruci;
Quid moror? antè oculis odiosa videntibus, aquæ
Pictis grata placet qua modo imaginibus.*

D E E O D E M T E M P L O, E I V S Q V E
Titulari Illustrissimo, ac Reueren-
dissimo Syluestro Aldob. S.
R.E.Card. CCXXIV.

*Visere seu quaris vario distincta colore
Tempora, vel accendit Religionis Amor;
I celer, & gressum renouatis Aedibus infer,
Illicò vota tibi prosperiora fluent;
Haud saui rabies terret vesana Draconis,
Qui tetrò sacras ore sit ante fores;
Purpura mitis adest, Syluestri inuitat & offeram;
Dat nisi diuitias, dat nisi delitias.*

DE EODEM TEMPLO, ET
Clem. Oct. Pont. Max.
CCXXV.

*Qui noua tecta uidet, fuerantque lapsa ruinis,
Diuinâq; recens percipit artis opus,
Heret, & attonitus dum penatit singula, Templi
Que noua forma inquit? cede Diana tuum;
Mox ubi Clementis discernit stemmata, circum
Edere picta faces sydera, latus ait,
Cæsario in Terris Clemens Tecta aurea fecit,
Vt sibi Cœlestem construat ille Domum.*

DE LAQUEARIBVSEIVSDEM
Templi. CCXXVI.

*Dadala quale nitet milleno Sydere Tellus,
Si Zephyri violas, Ver nutritaq; rosas;
Aurea talè micant sacri laquearia Templi,
Cernin? mille rubent sydera, mille rosa.
Natura, Clementis opus, Victoria cuius?
Obstupet illa, suas & benè tenuit opes.*

DE IISDEM LAQUEARIBVS
ad Pubem Romanam.
CCXXVII.

*Erige te Pubes, pictum Templiq; lacunas
Clementis spectes nobile imaginibus;
Millena credas dispersum Sydere Cœlum,
Maioresq; faces stemmata bina putes;
Aurea Cæsario posuit laquearia Clemens,
Munera grata Ded, dignaq; Semidea.*

DE

DE SACRIS AEDIBVS S. COESARII.
CCXXVIII.

*Quisquis Coesarij fulgentes conspicias Aedes,
Pictaq; Sydercis amula tecta Polis;
Disce nouum Clementis opus, Clementia facit,
Tu gaude, & tanti Principis effere opus.*

ALIUD. CCXXIX.

*Qua patet hac oculis, splendetq; & marmore, &
Conscia tota feri Principis Aula fuit; (auro,
Infelix, sonuit qua tantis questibus, & qua
Vidit, crudeles sustinuitq; manus;
Coesarij nunc facta Aedes mitissima, sacris
Syluestro gaudet Principe lata modis;
Felix, qua tantis resonat concentibus, Vrbi
Quam male saeva prius, tam bene mitis erit.*

DE IISDEM AEDIBVS AD ILLVS
& Reu. D. Syluestrum Aldobrandinum
S. R. E. Cardinalem. CCXXX.

*Coesarij bene picta Aedes, auroq; resurgens,
Qualis nec Pelopis Regia nota fuit;
Qualia non Argos vidit, non atria Memphis,
Nec fecere Phrygis Laomedontis opes;
Pulchrior ara tamen, quo cingere, purpurat ostro,
Enitet aspectu lucidiorq; tuos,
Cur ergo mirer Princeps, cum talia praestes,
Semper in auspicijs si rogat esse tuus?*

ALIUD

ALIVD AD EVNDEM ILLVS. AC
 Reu. Card. C C X X X I.

*Sine laboratam pendo laquearibus Aedem,
 Inclyte sis Princeps credita curvè tibi,
 Afflatam celebros Clementis Numine mentem,
 Nam potuisse reor sanctius esse nihil;
 Aras Cæsario renouat, quas diruit atas,
 Dignum semideo Principe munus habet;
 Auspicijs creditq; tuis, quidnam equius? inter:
 Omnes Cæsarij tu magè Numen amas?
 Flaminis ò virtus, Diua ò Sapiencia mentis,
 Sic benè Syluestro, sic benè Cæsario.*

DE DVPLICI SOLE IN TEMPO
 S. Cæsarij. C C X X X I I.

*Lux noua qua Templo? visus mi hebet, hareo, Solis
 Annè fa ces sacra clausert Aede rota;
 Benè gemino sit Sole nitor, iam sentio, presens
 Sol est Syluester, Sol quoque Cæsarius;
 Quàm bene conueniunt, felix Sol munere uterq;
 Et radio gemina Roma beata facis.*

AD ILLVSTRISSIMVM, ET
 Reuerendissimum D. Syluestrum
 Aldobrandinum S. R. E. Card.
 cum primum Romę ad
 D. Cæsarij Titularis
 accessit.
 C C X X X I I I.

Ingrederere ò felix Princeps, praeingitur ostro

Quæ

*Cui coma, Conchylis purpura oblitq; pedes,
 Templaq; disperso circum qua Emblemate fulgēt,
 Muricis adiecta pingito luce magis;
 Hac tibi credit Auius, triplex quem vitta coronat,
 Ingredere, ac donis luceat ara tuis.*

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM
 ac Reuerendissimum Cardin.
CCXXXIV.

*Cæsario dum vota facis, tecumq; Sacello
 Supplex Roma nouo munera odora locat,
 Ille pius meritis quò mutua dona rependat,
 Propitium precibus Numen utrique rogat;
 Annuit; hinc facilis ridet Clementia Cælo,
 Hinc tibi Syluester, Roma tibiq; benè est:
 Iusta peto, nec vana peto, dato Numen utrique,
 Sors eadem paucos nesciat esse dies.*

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM,
 ac Reuerendissimum Card.
CCXXXV.

*Tam benè facta tibi Syluestri nomina Princeps,
 Quàm benè Cæsarij credita Tempia tibi;
 Hinc similem te cura facit, te munus idemq;
 Vna fides, pietas integra, Dius Amor;
 Syluestro, credo, parilem sed premia reddent,
 Quis scit? in auspicijs est sita Roma tuis
 Felicem tanto dum purpura cingit honore,
 Felicemq; magis, dum meliora feres.*

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM
ac Reuerendissimum Cardin.
CCXXXVI.

*Gloria purpurei Syluester, honorq; Senatus;
Digneq; Semidei nomine, digne throno,
Templa laborato intras effulgentia tecto,
Sed meliore tui muricis igne reple;*
*Felix accessus, fandi si copia Templo,
Diceret, aeternum sit bene, & usque tibi.*

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM
ac Reuerendissimum Cardin.
CCXXXVII.

*Princeps purpureo crines redimite galero,
Preses Caesario, qui sacra Tempia subis;
Labere seu Caelis, totus sic intonat Aether,
Sive Hetrusca magis vindicat Ora sibi;
Faustus ades, votis fauet en hinc Roma, precatur;
Fausta tibiq; solo, fausta tibiq; Polo,
Contentus latere suo, tu munere, Roma.
Mutuaq; à Caelis, Inclyte dona pete.*

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM
ac Reuerendissimum Cardin.
CCXXXVIII.

*Aspectu Veneris supero Sol haeserit Orbe,
Nescio, sed Princeps bereo, cerne, tuo;
Quin Aedes, Templumq; stupet, miratur honorem,
Et vidisse aliquid pulchrius astra vegat;
Fallitur? hoc vero sed dixero, verius, Orbi.*

Talis

*Talis ab Oebalio vellere prodit honor,
Felix en igitur Roma est, quam Principis ostrum
Tale ornat, tanta hac gloria, tantus honor:*

AD EVNDEM ILLVSTISSIMVM,
ac Reuerendissimum Cardin.
CCXXXIX.

*Felix multiplici latatur Principe Roma.
Tu tamen è multo Syderis instar eris;
Aurea sic Cœli licet atria mille colorent
Astra, facis palmam Phosphore Solius habes;
Quis scit? sic inter Cœlestes Aethere mentes
Cæsarij lucet laurea, lucet honor;
Par igitur Cœlo Roma est, nedum amula, dum se
Hac tua syluester Sydera luce beant.*

AD EVNDEM ILLVSTRISSIMVM,
ac Reuerendissimum Card.
CCXL.

*Tecum Cæsario qua conuenientia Princeps?
Nulla nequè est maior, nulla nequè est melior:
Erubet ille toga, quam nex sibi quaritat, ostrum
Labitur ad meritos palla tibiq; pedes;
Albicat ille animo, pietas quem cana colorat,
Gandida mente comis lilia, nixq; tibi est;
Quid plura? aeterno inter Diuos gessit honore,
Tuq; tibi aeterni causa decoris eris.*

DE EODEM ILLVSTRISSIMO,
ac Reuerendissimo Cardin.
CCXLI.

*Hunc, quem Roma uides inter penstralia Templi,
In-*

*Ingressumq; noua limina sacra Domus,
 Purpureo cui palla sinu lasciuit, & imo
 Tota ardet niueo deflua facta pedi,
 Quem facies diuina, animus diuini ornat,
 Excitat hic flammæ, euomit illa focos,
 Esse putas hominem, sed fallere imagine, quidnam,
 Ni talis fuerit, dicit, Sydus erit.*

DE TEMPLO S. COESARII ROMÆ.
 CCXLII.

*Cornua quid Phœbe iactas? quid Delius ora?
 Milleq; voranti sydera ab orbe faces?
 Ignemq; Coelestes disperso accenditis oras
 Vestris, immodicè læta ministerijs?
 Nil mihi vobiscum est; vestros en abdite honores,
 Iam quia me tanti Principis ora beant;
 Cedite, Syluestri fuerit dum purpura, Phœbe
 Aurea, mille mihi sydera, Phœbus erit.*

DE EODEM TEMPLO.
 CCXLIII.

*Aedes Cæsarij, pridem sed Cæsaris Aedes
 Principe saua olim, Principe nunc facilis.*

DE EODEM CCXLIV.

*O qua Templâ licet Superis si relinquere Cœlum,
 Mittet Cæsarius sydera, Temp'la ferent.*

DE EODEM AD VRBEM ROMAM.
 CCXLV.

*Sydera si Cœlum faciunt, Roma inspicere Cœlum,
 Hac*

Hac tibi milleno sydere Tempia rubens.

DE EODEM TEMPLIO.
CCXLVI.

*Aedis opus Spectas? Diuinum est, Numina quaris?
Credita Syluestro; dedita Caesario.*

AD IPSVM TEMPLVM S. GOESARIL.
CCXLVII.

*Quid Caelo imideas Aedes? est Phoebus utrique.
Aurea tecta, decor fornicis, astra, Deus.*

AD CLEM. OCT. PONT. MAX.
in Restaur. eiusdem Templi.
CCXLVIII.

*Munera si munus repetit, pro munere, Clemens,
Aedis Caesarius quid tibi donat? amat.*

AD EVNDEM CCXLIX.

*Caesario tu Tempia facis, tibi fecerit alter,
Qua pia sic dederis, mutua dona feret?*

AD ILLVSTRISSIMVM, ET
Reuerendissimum D. Syluestrum Ald.
S. R. E. Card. eiusdem Templi
Titularem. CCL.

*Sylua facit nomē; grā de est, pende omni Princeps,
Auspice Caesario Sylua decoris eris.*

AD

AD EVNDEM CCLI.

*Nomine Sylvester, factis es Cæsar, honoris
Credita Cæsarij sic bene cura tibi.*

AD EVNDEM. CCLII.

*Cæsario sacra Tempia regis, qua symbola ? gestis
Cæsar ut es Terris, Aethere Cæsar eris.*

AD EVNDEM CCLIII.

*Aris Prasces ades, repetit quas Principis ostium,
Cæsarij Numen, Cæsaris hoc opus est.*

AD EVNDEM. CCLIV.

*Viso Aedes, & fande preces, spes optima Princeps,
Cæsario facili, dexter Olympus erit.*

IN STEMMA ALOYSII

Alemani Episcopi Volaterrani.

CCLV.

*Caruleo bene compta genas Thetis innatas Orbe,
Hinc, indè aternis tincta labella notis,
At media albenti circumvolat aerea penna;
Explicat & niueum Clorys eburna sinum;
Componit sic Diva duplex tibi stemmata Prasul,
Dum vires illa genis, albicat ista comis;
Nil melius, viridi Cæli color aptus honori,
Et ninea mentis pignora candor habet.*

AD

AD ILLVSTRISSIMVM D.
 Dominicum Delphinum D. Marci
 Venetiarum Procuratorem
 Dignissimum, de eius
 stemmate.

CCLVI.

*Triples caruleo tibi flauet in aquore Delphin,
 Cœli sed variant aœrea signa nota,
 An celeri quod ferre altum trans Aethera mente
 Ceruleus, quod amas, aureus indè color?
 Sic habet, & Cœlo Delphin cum sydere pergis,
 Et Terris Delphin nobile pectus amas;
 Sed triplex; secreta latent, simul, auguror, undis,
 Iusq; Solo dederis, vertice sydus eris.*

AD AMICVM. CCLVII.

*Vel mihi nè fictus, vel sis mihi verus amicus,
 Nè puto dum socium, sis magis hostis amans;
 Publicus hostis obest tacito mihi lauius hoste,
 Proditor estq; ad eò, qui malè fictus amat;
 Et Puppis deuecta secatur qua carula ventis,
 Plus cautes metuit, si latitent sub aquis.*

DE BONIS FORTVNÆ.
CCLVIII.

*Nè bona diuitias Fortuna dixeris, una
 Mentis operæ vera sint tibi diuitia;
 Non diues, postis degis qui scœnore nummis,*

2

Sed

*Sed doctus dignum mentis amare decus;
 Qui namque affectat nummos adiungere nūmis,
 Plus sitiens, quanto plus numerarit opum;
 Hic demens mentitur apem, qua flore laborat
 Dulcia mella alijs plurima, nulla sibi.*

IN OBITU SERENISSIMI
 Principis Venotiarum Marini Grima-
 ni. Ad Demortuum Principem
 Patria. CCLIX.

*Sit tibi prò donis squalor, prò munere fletus,
 Prò officio lachrymæ, blanditijsq; dolor,
 Hac offert Patri Patria, heu qua trista dona;
 Sed Patris à Patria qualia poscit Amor;
 Tu cape, siq; vales, lege scriptum marmore carmè,
 Hac Patrem Patria, Cor tegit urna meum.*

EIVSDEM EPITAPHIUM,
 ipse loquitur. CCLX.

*Si sapis, inferias cineri fer Patria nostro,
 Si grata es, meritis marmora scribe notis;
 Nè tamen ah bustū lachryma, nec questibus urge,
 Otia Naniolis nec mea lade tuis;
 Occubui, nec facta mea fera funera vita,
 Aeuo felices quin peporere dies.*

ALIUD. CCLXI.

*Parca alijs, non Parca mihi, felicibus ausis
 Inuida, felices scindis iniqua dies;
 Quin nec Parca alijs, nec Parca mihi, im pba telo
 Parcoro qua nulli nescia, quemque feris;
 Vulnere*

*Vulnere sed prodes, sed parcere nescia parcis,
Estoque Parca alijs, estoque Parca mihi.*

A L I V D C C L X I I.

*Nè gemo, sum quæ eram, post funera, amice supstes,
Profuit & mihi mors, qua mihi non nocuit;
Vivo, qui Terris vixi, Cœlestibus Oris,
Qui naui, enaui, gaudeo, qui dolui.*

A L I V D C C L X I I I.

*Inuide cur hospes positam mihi cõgemis Vrnam?
Hic mihi non tumultus, dosne, sed thalamus.*

A L I V D C C L X I V.

*Grimani hic, hospes, tumultus, ne singula; dixi
Grimaniam dicens omnia, doctus abis.*

A L I V D C C L X V.

*Quis iacet hoc tumulo? fas de quo dicere solo est,
Et Veneta Princeps, & Pater Urbis erat.*

A L I V D C C L X V I.

*Grimani hac urna est, dixi, nè cetera quare,
Sic queris, tecum concipe, Fama volat.*

I N D I E M R E N O V A T I O N I S
studiorum. C C L X V I I.

Leti abiere dies, procul otia cedite, cedant

2 2 *Consciaque*

364 **Epigrammatum.**

*Consciaq; ignava tadia longa mora .
 Praestat virgineas redisse Heliconis ad undas ;
 Et siccam gelido fonte leuare sitim ;
 Interq; Aonijs recinentes carmina Musas
 Praestat Maonijs inuigilare modis ;
 Respice, summe Deus, quocumque est, respice curam ,
 Adspiret coeptis auramq; dextra meis.*

AD ILLUSTR. ET REVER. D.
Petium Aldobrandinum S. R. E. Card.
decius Rure, quod est Tusculi.
CCLXVIII.

*Tuscula, Petre, placet Domino tibi Villula, plusquam
 Hac placeat Domino, Petre sibiq; places ;
 Affert sollicitis blanda hac oblinia curis ,
 Et facit à studijs otia grata tuis ;
 Tu sibi perpetuam clara decus Aede ministras ,
 Et riuo gelidas gurgite duris aquas ;
 Maeste ansmis Generose Heros, tibi nescia vinci
 Mens est, largiris maxima, parua capis.*

AD EVNDEM ILLUSTR. DE EODEM
Rure. CCLXIX.

*Ridet delitijs, Princeps, tibi Tuscula Tellus ,
 Largitis rides tu sibi diuitijs ;
 Illa rosas violas, violis fert mixtaq; poma ,
 Tecta sibi in pretium regia reddis, aquas ;
 Officiosa tibi tenui pro munere Tellus ,
 Tu pro diuitijs officiose sibi:
 Etsi palma tua est, hac te facit Auspice dona,
 Auspice non alio munera Petre facis.*

AD

AD EVNDEM ILLVST. DE EODEM
Rure. CCLXX.

Quisquis Telegoni gaudes secessibus Arcis,
Regale hic Petri respice, & effere opus ;
Hinc graciles umbram salices, inde otia Daphnes,
Da phnes lata comis arbor opaca facit ;
Poma sinum gravidis pendent rutilantia ramis,
Pingit odorato Clorys honore nemus ;
Aedis ut exurgit moles? ut fornice & artis
Plusquam Phidiaca nobile vivit opus?
Vera color tabulis, nã vera, simillima veris
Picta refert, retro lumina saepe trahit,
Ingenium Natura suspexit, vimq; Artis, & Artis
Aequa dehinc nostra gloria, dicit, erit .

AD EVNDEM ILLVST. DE EODEM
Rure. CCLXXI.

Mœnia Regalis, Petre, auge Tuscula tectis,
Auge, Petre, novis iugera ruris aquis ;
Hanc pius, inde Heras animis, decus addit & Urbis
Aedes, & Cuii commoda lymphæ fuit ;
Ius est ergò tibi geminum, sed redditur, Ora
Te colit in primis Tuscula, Cuii amat .

AD EVNDEM ILLVST. DE EODEM
Rure. CCLXXII.

Culta esset plectro si sic mihi, Petre, Camœna,
Villula delitijs, quàm bonè culta tibi ;
Iam procul externas deducta appelleret Ora,
Vivere & Villa carmine fama meo ;

Q 3. Nunc

*Nunc esto, variabo vicem, ne carmine Villa,
 Carminis at Villa sospite viuet honor;
 Hac latè volitans famam disperdet in Vrbes,
 Hosq; unà numeros docta per ora feret.*

**D E E O D E M R V R E.
 C C L X X I I I.**

*Hac fœca Pieridium, sedes gratissima Nymphis,
 Splendida delitijs, Numine clara Petro;
 Inde Charis dulces choreas pede pulsat eburno,
 Et triplex gelidis Gratia ludit aquis,
 Arguta hinc volucres ridenti gutture vernant,
 Alternisq; sonant plectra canora melos;
 Res digna aspectu, qualem nec Adonidis horti,
 Arua nec Alcinoo Rege superba ferant.*

**D E E O D E M R V R E.
 C C L X X I V.**

*Hortorum sileat miracula Memphis, Adonim
 Rura nec Hyblæo bellula fonte canant;
 Nec bisera Alcinoæ dentur pomaria laudi,
 Dissimulentq; Afras aurea mala Deas;
 Inuida nec Cœlo viridaria luce Neronis
 Ora novo Latij pectine ad astra ferat;
 Aldobrandinæ cedant mira omnia Villa,
 Hoc vaga pro cunctis fama loquatur opus.*

**A D I L L V S T R I S S I M V M, A C
 Reuerendissimum D. Petrum Aldobr.
 S. R. E. Card. de aquis irrigantibus
 eius Hortos Tusculi.**

C C L X X V.

Facta tui clypeo Cœlum, Petro, aurea iuris

Olinz

Olim depingi sydera sena dedit;
 Conscia sed facti Tellus temerice tinxit,
 Obsequio Dominum sic venerata suam;
 Unda q; nullius fuerat qua sola, per hortos
 Desflua Petre tuos, integra facta tua est.
 Felicem Heroa, arrisit cui sydere Caelum,
 Terra ostro, tantis unda q; delitijs.

DE HSDM AQVIS AD EVNDEM
 CCLXXVI.

Vix exosa puer solvisti radia ventris,
 Et Lucina vago sydere amica fuit;
 Ostium maiori fecit sed munera Tellus,
 Et large Tyrio tinxit honore peplos;
 Iam nihil ut desit Domino, Petre, aspice in hortos
 Libera sponte tuos Tethys inundat aqua;
 Vix ergo Princeps triplici pro munere felix
 Indice delati triplicis Imperij.

DE MIRO FONTE, QUI EST
 Tusculi in eius horto.
 CCLXXVII.

Fonte viden' utrius huc e' fluat unda figuris,
 Et vaga multiplices quaritet arte vias?
 Si salit, in minimas rarefcit didita guttas,
 Si cadit, e' pictis Irida fingit aquis;
 Et Labyrintho qua' perstrepat acta reflexio,
 Mox certum lento murmure pergit iter;
 Artis opus mira, mirus labor, Auspice Petro
 Sed quale Ars coeptum non bene pergat opus?

AD ILLUSTRISSIMUM D.
 Petrum Duodum Patritium Venetum
 Equitem, & Senatorem Dignissi-
 mum. CCLXXVII.

*Et rubet accensum minio, candescit & aquor,
 Et variat Coeli lilia picta color,
 Virescolor, sed digna tegit te cortice stemma,
 Nec tegat Aemathii qualia stemma Ducis;
 Cor albere tibi, candens, ruber edocet ingens
 Pectus, teq; pius tertius esse color,
 Quare sed ulterius; vero canit omine Vates,
 Lilia Petre tibi regia sceptrā ferent.*

AD PERILLVSTREM VIRVM
 Ioannem Baptistam Marinum Poetam
 egregium. CCLXXIX.

*Cum flammis quid habet latices? Cythereide nasa
 Provenit media maximus ignis aqua;
 Cum leni quid amaror habet dulcedino? Vates
 Dulcia amarities te modulante facit;
 Vox insuave, Marine, sonat, sed carmine lecto
 Ingeniosa fauis mella laborat Apis;
 Libanda hac legimus, positis mensq; ebria labris
 Haret, inexpertas ante potita dapes.*

AD SIXTVM QVINTVM
 Pontificem Maximum de eius In-
 signibus. CCLXXX.

*In clypeo triplicem pingis quia Sixte figuram,
 Roma colit triplex obsequiosa decus;
 Testatam*

*Festam Cœli virtutem Sydere, Colle
Mentis habesq; acies, auspice fertq; Leo.*

AD CLARISSIMVM ADOLE-
scentem Phylippum Molinum Patricium
Venerum, Academię Generosorum
Seminarij Patriarchalis Vene-
tiarum Principem.
CCLXXI.

*Quæ tum te Virtus effert, quæ Gloria Princeps,
Quem sibi Diuarum quæque beata velit?
Ingenio te Diua Iouis sata vertice querit,
Auspice te sceptro Diua Pelasga petit,
Hoc superest, Cytherea velit, si tertia quæret,
Iam felix nullo tempore talis erit.*

AD EVNDEM CCLXXII.

*È solis Generosa regis, dum pectora lege,
Seruariq; potens mitia iura facis;
Semina qua sulco laudum felicitia spargis?
Si sapio, dives copia frugis erit;
Sic perge, ut coepisse tibi tua gloria Princeps,
Et largo sulcis foenore sparsa leges.*

AD EVNDEM CCLXXIII.

*Annis esse Puer, mensi meâ pensitat annos,
Si canam mentem, mente videre Senex;
Aurea sed meriti si pendo insignia honoris,
Nobilis est Heros in Puero, inq; sene;
Herodem veneror, Sentiam laudo, Puerumq; saluto,
Mane tuiq; nouo sydera Solis amo.*

Q 5

AD

A D E V N D E M . C C L X X X I V .

Trámite quò pergis facili fastigia honoris?
 Quæ plana est Puerò spontè parata via?
 Signa tibi Imperij collo lucentia pendent,
 Atq; Cohors Dominum te Generosa colit;
 Quid dicam? grauior tua cum surrexerit atas:
 Auguror, è partu Príncipe magnus eris.

A D E V N D E M C C L X X X V .

Felici quàm rete tibi pradaris honores,
 In tua tam felix retia currit honor:
 Bruit extensis, gaudes & diuite prada,
 Tecum gaudet honor prada fuisse tua;
 Hoc Cœli officium, tua vel solertia Princeps?
 Auxerit sed Virtus sydera dextra facit.

A D E V N D E M . C C L X X X V I .

Qua laude in paruis Princeps complectere magna,
 Quàm benè felici dissita pace ligas;
 Paruus es, in tenues oculos si fixeris artus,
 Magnus es, eximia robora mentis habes;
 Ergò quid mirer generoso in pectore vires?
 Pectora quid Dominum sortia velle suum?
 Non grandes hac visa artus, sed pendere mentes,
 Et sibi, qui multo est pectore, grandis erit.

A D E V N D E M . C C L X X X V I I .

Nec tua degeneri te stirps dedit inclytæ fœtus,
 Nec sibi degenerem te Generose facis;

Vnè

Vni ne fuerit tibi Genus ingloria, Virtus,
 Ne sibi tu Princeps, gloria parva refert;
 Coepisti, sed perge, vitam tibi sterneris honoris,
 Aeternamq; feret plurima fama decus.

AD EUNDEM. CCLXXXVIII.

Acta leui obliquos circum facit impete cytos,
 Signa vim: selegit tritaq; super rota;
 Axe super vecto quatinq; exultant incita partem,
 Ordine deciduam posteriore locat;
 Sic tua non Princeps tibi feceris Orbis, sed quoniam
 Sustulit, aeterna sede beabit honor?

AD EUNDEM.

DE AQUILA, ACADEMICORVM

Generosorum Insigni, & Aurea

Rota, Notans eius Stemmata.

CCLXXXIX.

Aëa volat leuibus Iouis Ales ad Aethera pennis,
 Nescia deiecto serpere sola Solo;
 Praeterq; alarum deuota è verberare nubes,
 Clara Hyperionis pascitur igne rota;
 Animate, Princeps, tollit Caelo aurea Virtus,
 Altum Gentilis pertrahit annè Rota?
 Vel Rota, vel Virtus, tibi qui sublimia tendis,
 Hac bene, qua quondam signa Tonantis erunt.

AD EUNDEM DE ROTA AUREA

eius Stemmata. CCXC.

Qua Rota Gentili Princeps tua pingitur orbe,

26 Nov

372 **Epigrammatum**

*Non hac qua Nemosis fingitur esse Rotæ;
 Submolat infida, vix verò ac decidit orbis,
 Nec certum longo tempore seruat iter;
 Sed Rota fida tua est, & quem semel auxit honore
 Vtterius nunquam sorte minore premet.*

AD CLARISSIMUM ADOLESCEN-
tem Petrum Larrretanum Primum
Academicorum Generosorum
Consiliarium. CCXCII.

*Petro tibi arridet princeps à Principe sedes,
 Res placet, incessum gratulor, & cor amos;
 Et quia gloriola sensim deduceres altum,
 Hoc bene, quo à pergunt auspice vota Deo;
 Curre age, ne gressum per cœpta coercito, quiquid
 Primus es à patuo Principe, magnus eris.*

AD INGENVVM ADOLESCENTEM
Dionysium Violam, secundum Acade-
micosorum Generosorum Consi-
liarium. CCXCIII.

*In Viola quid amem? Ver; quid sed mirer? odore;
 Vere virent viola, tempore Veris olent;
 In te quid mirer Viola, & quid amem? aurea spiras
 Ver animo virtus, & bene totus oles;
 Felix auspiciam: gressu sic pergito cœpta;
 Quis scit? consiliis & sibi scepra fores.*

EPITAPHIVM CVIVSDAM
Rhetoris & Historici. CCXCIII.

*Gracia me genuit, Venisti rapere, tenet nunc
 Paribedope,*

IN ANTIMVM. CCXCIV.

*Disticha bella, inquis, bella & Tetrasticha texo ;
 Bella quælo, bellè dissero, bella lego ;
 Declamo bellè, scribo bellè omnia, bellè
 Cum plectro vocem tempero, bella cano ;
 Cymbala si bellè ferias, bella arte cohoreas
 Ludo, bellè ensem stringere, & arma scio ;
 Cui tamè hec facias, mihi turpis es, Antimo, quæquid
 Nam præbet, turpis, qui male vivit, homo est.*

AD D. LVCILLAM MAPHEAM.
CCXCV.

*Indita Lucilla à Solis tibi nomina luce ;
 Alta, sed ut video, laudibus aqua tuis ;
 Multa tibi facie, multa est lux in clyta mente, &
 Mille genas radii, milleq; peccus habent ;
 Ore decor, millena animo lux aurea virtus ;
 Hinc iaculoq; feris, inde ferisq; faces
 Quidni ergo te quis amaret? vel carpitur a suis,
 Cuspide vel passus vulnera facta perit.*

AD ILLVSTRISSIMVM D.
Hermolaum Zanæ Venetiarum Sena-
torè Dignissimum.
CCXCVI.

*Picta lacerna tibi Poena flammescit ab Ostro,
 An mirer? virtus sed cæcis alta faces ;
 Splendida non ebore meus invidet, equore candor
 Hinc nitet, & medio lactis in orbe color,*

Et quia te Sphaerae aetherae Coelestibus infer;
Nobile caruleo stemma colore micat;
Aureis additur, sed fallant divina Vatens,
Cornu cum Princeps tempora Zanæ teges.

AD CLEMENTEM OCTAVUM
 Pontificem Maximum, De Pace compo-
 sita inter Christianissimum, & Ca-
 tholicum Reges.

CCXC VII.

Denique bellorum finis, Pax missa per Orbem;
Armæ, quæ dirum personere, silent;
Quæ tua fors felix Clemens; aridet Olympus;
Votisq; adspirant omnia læta tuis;
Optarunt alii, nunquam tenuere, rogasti;
Vota rogata tenes, ergo beatus eris.

DE SERENISSIMUM
 Principem Venetiarum Leonardum
 Donatum CCXC VIII.

Quantæ Cohors alternat te Principe, quantis
Urbs Venetiarum resonat lætior ista modis?
Vix angusta capit lætantium gaudia pectus,
Uix dulces fontibus Adriæ tota capit;
Felix auspiciis, cepto quid si omine pergest
Sentio, plausum eris, quantus & Orbis erit.

AD EVNDEM GENEROSORVM
 Academicorum Seminarij Patriarcha-
 lis Venetiarum nomine.

CCXCIX.

Scribere se spero te quis metua Principe dignus,
Vincere

Vincere Castalias licet putet arte Deas;
 Nos prauidi, cunctaesq; sumus, cecinisse parati;
 Donate in laudes non opis ire tuas;
 Si tamen hoc detur, peramantes respice mentes;
 Plectra; Phares, fuerint inuidiosa tuis.

DE INSIGNI PERILLVSTRIS
 ac Reuerendissimi D. Francisci de Ca-
 millis. CCC.

Lactea candenti vaccinia nette ligastro,
 Qui gemino bicolor flore resurget honor?
 At bino referet variatum stemma decore,
 Et pictum minio versicolore sinum;
 Hinc benè nam video pullos nigrescere crines,
 Lasciuire albis inde ligustra comis;
 Omne sed quali? placet en Concordia Praesul,
 Dum sibi qua pugnant, stemmate iuncta tenes.

NON ESSE AVDENDVM
 vltra vires. CCCI.

Hen tantum nè crede tibi, nec viribus aude
 Quid maius, nimium grandia saepe nocent;
 Et malis dum fortè putas allidere dentes,
 Ossibus ossa feris obuia facta tuis.

PRO VIRIBVS AVDENDVM
 esse. CCCII.

Nè nimium diffide tibi, nec viribus aude
 Quid minus, ausa homines grãdia nèpe iuuat.
 Saxa etiam qui saepe fodit, felicitior arte.
 Effossis foueis aurea dona legit.

IN

IN QVENDAM TVMENTEM
Bonis Fortunæ. CCCII.

*Quid rides tenuem depressa sorte iacentem,
Prosperiore tibi sorteq; corda timent?
An, sistet Fortuna gradum? sed mobilis errat,
Et secum cogit res variorum vices.*

IN OBITU ADOLESCENTIS
Francisci Mariæ Rosati Dialogi-
mus. CCCIV.

*Marmora qua circū? Charites; qua specula? Amoris
Stemata que? Charitū; qui Puer adstat? Amor,
Hic agè cur? lachrymāt; quid porro? funus Amātis
Ecquis Amans? Puer est; hic odor unde? rosas;
An rosa de tumulo? rosa; sed quo rore? Rosati;
Num iacet ille? iacet; quid loqueris? cecidit; (ris
Hec lachryma, heu! squallor, cur nō accorris? Amo-
Et sequeris lachrymas, & Charitū lachrymas?*

IN OBITU EIVSDEM. CCCV.

*Eui Gnydia fecere rosa cognomina Diva,
Ardebatq; genas huc miniasse rosa;
Eurpureum flabat Pueri rosa picta labellis,
Elysa in facie proq; pudore rosa;
Nomina, labra, pudor, mala roseaq; fuerunt;
Interit hic, omnes interiere rosa.*

IN OBITU EIVSDEM. CCCVI.

*Sa maior Puer ingenio diem crescit, & annis,
Non*

*Non impar Patri, parq; futurus Avus,
Invida sine animi, dii seu Parca decoris,
Ah scelus, iniecit per fera fata manus,
Sic atate recens cecidit, dignissimus auro,
Ut matutino decidit inbre rosa.*

EPITAPHIVM EIVSDEM.
CCCVII.

*Obijce quem factu tumulet brevis urnula, quaris ?
Scribe, Hospes, Rosa, Thus adde, Rosatus erit.*

ALIVD. CCCVIII.

*Qui iaceam, vis scire? gradum suspende Viator,
Et mea mox lacrymis perlucet busta tuis;
Protinus urna rosam resperosa hoc proferet imbre,
Cognomen dederint dona; grata meum.*

ALIVD. CCCIX.

*Quid iacet in tumulo? rerum sine imagine nomen,
Namq; Rosa absque rosa, Thus sine thure iacet.*

ALIVD. CCCX.

*Flora mihi tumulum, Charites fecere Rosate,
Alterno praestant munereq; execuias;
Nec violis, nec flore carent mea funera, Sano
Est Rosa pro violis, Thus vice floris erit.*

ALIVD. CCCXI.

*Hoc Rosa, Thusq; iacet tumulo, quis credat odores
Aflatos*

376 **Epigrammatum.**

*Afflatus cineri, Thus, & olere Rosam ?
 Huius iter, Hospes, siste, notas perpende, seorsim
 Nec rosa, thus nec erit, nec te, Rosatus erit.*

ALIVD. CCCXII.

*Conditus hic iaceo Patris dolor, unicus Infans,
 Nomina cui verna digna dederet rosa ;
 Septima vix aderat glaciali tempore bruma,
 Multo sum tetricæ pensa scidere Dea ;
 Quid species? quid lingua, recens quid profuit et ase
 Da lachrymas, tumulto qui legis ista meo ;
 En cecidi, sed manet rosa, o crudelia fata,
 Dic agè ter, ter ubi dixeris, hospes abi.*

**IN OBITU ADOLESCENTIS
 Bernardi Boni Romani. CCCXIII.**

*Occiderat, qui pulcher erat, velut alter Adonis,
 Hac lachrymata diu cum Cytherea dedit ;
 Sana mihi quæ fata? duplex en raptus Adonis,
 Et iacet duplici cuspidè pectus Amor ;
 Tertius ne Clat ho gemines nova vulnora Amanti,
 Tertius hinc Veneri nullus Adonis erit.*

IN OBITU EIVSDEM.**CCCXIV.**

*Digne o Nectoreæ sacra exegisse senectæ,
 Bernardæ ad Stygias tam citò pergis aquas ?
 Vix duplicè, quam Parca Ferox? Trieterida mensus,
 Septimus at senis additus annus erat ;
 Huius qualingua silet? Iuvenum flos occidit, unâ
 Occidit & Romæ gloria, risus, Amor.*

SIT

*Sit tibi Terra leuis, molliq; tegaris arena,
Aeternumq; premat lenior ossa quies.*

IN OBITU EIVSDEM.
CCCXV.

*Vixisti, tecumq; Charis, Venus aurea vixit,
Occidis, & tecum cum Venere alma Charis;
Squallet Amor, liquitq; arcus, fregitq; sagittas,
Et periere ignes, & periere faces;
In tantis sed sola malis mors seu triumphat,
Vno qua Pueri vulnere tot ferijt.*

IN OBITU EIVSDEM.
CCCXVI.

*Commoritur Bernarde tuo Charis aurea letbo,
Vocis ad extremis exanimata modos;
Dumq; cadit, Duce quo Cælum me vidit, & Orbis,
Hoc Duce me perdet, clamitat, en morior.*

IN OBITU EIVSDEM.
CCCXVII.

*Hic Bernarde cadis, Cælo tibi vita superstes,
Et moreris viuens, visis & emoriens.*

IN OBITU EIVSDEM.
CCCXVIII.

*Quid vix orsa recens atatis pensa recidis
Lethali Pueri Parca seuera manu?
Parca vel es, Parca aut non es, si Parca, quid ergo
Cum possis, vlli parcere dira negas?*

*Si non Parca, tenes cur mitia nomina Parca?
Faltax, vel nomen linque, vel officium.*

IN OBITU EIVSDEM.
CCC.XIX.

*Non bene Parca tibi sunt indita nomina Parca,
Parca nisi es Pueri, iam nequè Parca seni.*

PARENTEM FILIVS CONSOLA-
TUR. CCCXX.

*Quid facis heu Genitor meus? heu quid funera do-
Crudeles Parcas, effera fata vocas? (fles)
Irruit ante diem mors, sed nihil obfuit idem,
Quin dedit aternos astra fruenda dies;
Nec tumuli Mēs umbra squallet, at incota Celi est,
Vrma tegit cineres, spiritus astra tenet.*

AD ILLVSTRISSIMUM, A. C.
Reuerendissimum D. Petrum Aldobran-
dinum Ravenne Archiepiscopum:
& S. R. E. Camerarium Car-
dinalem. CCC.XXI.

*Audiat hac Tellus, miretur & Amphitrite,
Qua Clio de te Principe nostra canit;
Par tibi non alter fuerit, nec robore maior,
Nec par eloquio, nec gravitate prior;
Hac tibi, Petre, Cato, Marci fons aureus illo,
Effet q̄, inferior robore magnus Atlas.*

AD

AD EVNDEM DE EIUS
Insignibus, syderibus, & raſtro.
CCCXXII.

Quã tibi ter Princeps geminũ pro ſtẽmate Syduſ,
Et raſtri picta dant bona ſigna nota?
Sydera inexhauſto ſplendent obœuntia motu,
Et glebas raſtro ſcindier uſus agris;
Sic tuus aternũ murẽx effulſerit Orbi,
Fortis & euinces omnia ſorte pari;
Quid ualeas nam Petre ſapis, ſapit Orbis, & unã
Tecum perpetuos uellet obire dios.

AD EVNDEM DE IISDEM.
CCCXXIII.

Ter clypeum gemino Princeps quia diuidis aſtro,
Ter Romana duplex ſuſpicit Ora decus,
Ingenium, Virtusq; Fides, Aſtrẽaq; mitis
Mens, caſti Mores inde animiq; patent;
Et quia ſyderibus raſtrum ſuperaddis, in animum
Hinc habet inuicta te fore Petre manu;
Diuinum Heroem, qualem nec ſacta tulere
Prima, nec aſſimilem ſacta futura ferent.

AD EVNDEM ROMA
diſcedentem Rauennam.
CCCXXIV.

Te Picena ſuum Tellus manet, Oraq; Patrem,
Petre dclẽtq; tuam longius ire moram;
Quid facies i hinc ultro perge, abſcinde querelas,
Vota imple, ſuras exime, claude preces;
Huc

*Huc citò sed redeas, temerè ò quid vultis Amàtes?
Nondum abit, & reducèm poscitis ecchè diem.*

AD EVNDEM. CCCXXV.

*Vrbè exis aliò Roma, tecumq; decores
Vrbis mille effers, Petreq; delitias;
Hinc olli squallet facies, pallescit amictu,
Qualis ab occiduo nubila Sole dies;
Hec tamen ut reduces Solis miratur honores,
Effluxam reparat clarior igne decus;
Plànè ità reddetur tua si presentia Roma,
Quas abducis opes, delitiasq; feret.*

AD EVNDEM. CCCXXVI.

*Me viduam quid Petre facis te Principe Romam,
Ostriq; accensò micrice clarus abis?
Annè meus tibi sordet Amor? quia queris Amores
Longè alios, linquis meq; meosq; lares?
Sic nè perge Heros, sed abi rediturus in Urbem,
Et Romam merito quò redameris, ama.*

AD EVNDEM PICENVM.

Ingredientem. CCCXXVII.

*Lucifer Eòd qualis resplendet ab ortu,
Et facit innubes claris ire dies;
Talis Picenam Princeps descendis ad Oram,
Et Vaticana luce corniscus ades;
Cesserunt tenebra, fulsit cum purpura, ab ostro
Orta nitetque tuo Petre serena dies;
Felix auspicium, cepto si iam omine perges,
Nominè qui Petrus, Numinè Phœbeus eris.*

A D

AD EVNDEM DE PICENO.
CCCXXVIII.

Non uno Picena tibi se nomine Tellus
 Debet Petre, Vrbes, Oppida, Rura, Sinus:
 Credita seu felix tibi te iam sospite crescat,
 Tota tua est, debet seq; tibi, ut Domino,
 Seu presens Tyrio flammescis murice, Amantis
 Facta est, solius qua fuerat Domini:
 Debeat ut Patri, curam Petre adde Parentis,
 Sic Pater, & Dominus, ius & habebis Amans.

IN OBITU ANTONII TEBALDEI
 Ferrariensis Poetæ, atque Oratoris
 Eximij. CCCXXIX.

Gloria Palladia prosterneris alma Palestra,
 Et tecum Pallas sternitur ista Dea;
 Extulerat roseos Cælo Thaumantias ortus,
 Cum tibi vellet Aue ferre, tulitq; vale;
 Lumina lethali tum prona quiete natant,
 Visusq; es tristi reddere voce, vale;
 Fidito, dicet, aue, valeat vale, Diva iubebit,
 Nec tu retrò vale, sed geminabis Aue.

TVMVLVS ROSÆ. CCCXXX.

Quisquis ades, positamq; Rosa circūspicis unam,
 Optima des Cælo flectere vota Deum;
 Vel si vota nequis, cineres aspergito fletu, (ces.
 Sunt lachryma precibus, sunt lachrymisq; pre-

DE

DE QVODAM SPARTANO.
CCCXXI.

*Gloria Spartiatam dum plus equo urget in hostes,
Bellica ab hostili cuspide parma cadit;
Protinus ille pedem retro cum vulnere traxit,
Vt tamen ab vidit cedere velle suos;
Assumpto clypeo quoniam decurritis? inquit,
Præstas, quoniam victos cedere, malle mori.*

DE ARANEA QVADAM EX
Græco. CCCXXXII.

*Nectebat tenuem sublimis Aranea filum,
Cum cadit in tenfas rauca cicada plagas;
Lugenti mediis accurrit Aranea vinculis,
Et pia supplicibus facta subinde modis;
Cassibus exemptam saluam dimisit, & inquit,
Sospes abi, gratos quod modulare sonos.*

IN NOVATVM POETAM.
CCCXXXIII.

*Quid est carminibus tuis Nouate
Siue obscenius, impudicitiusq;
Auri siue molestius bonorum?
Præter lasciam qua nihil iocantur,
Præter delicias, faces amoris
Lasciniq;, iocos, cupidinesq;
Præter blanditias Cytheridisq;
Et vis Fabricius tamen videri,
Culpa nescia cui fuere corda?
Vel proles Lacedæmonis Lycurgi?*

Antiquarum

*Antiquivè Numa? inquit sed omnes;
Qui scribendo refert sales Catulli,
Mores haud referet graues Catonis.*

DE DIVITE, ET PAUPERE.
CCCXXIV.

*Si diues non ille, aliquid, sed qui nihil optat,
Omni diuitior diuite pauper erit;
Si pauper verò ille aliquid, non qui nihil optat,
Omni pauperior paupere diues erit.*

AD ALBUM AMICUM.
CCCXXV.

*Non tot sydereis comata flammis
Flectis purpureos Diana currus,
Et sudas tennes ab Axe rores;
Non picta volitant aues per altum,
Vernant quæ lepida canore vocis,
Auresq; harmonia suaue mulcent;
Non pisces liquidis natant tot undis,
Nec Terra variant sinum decores;
Cum spirant placidè leues Fauonij;
Vel Terræ grauidant sinum pruina,
Cum seuit pelago timendus Auster;
Tot non Oceano iacent arena,
Non tot spicula Medicis pharetris,
Eois nec aquis nitent lapilli,
Quos Indus legit, & monile collo
Gematum facit albicante concha;
Prò te sollicitor quot, Albe, curis,
Et sauos animo fero dolores;
Ergo de me semel, tuis medere,*

R

Et

DE MATRE MORTVA IN
difficili puerperio. CCCXXXVI.

Pondera difficilis qua senserat improba partus,
In medio spreta luce dolore perit;
Extincta exilijs foetus sed Matris ab aluo,
O Dytinna feror id genuisse fuit?
Sic tamen & natus materno sinere Baechus,
Sic cadit & pomis arbor onusta suis.

ALIVD. CCCXXXVII.

Passa graves Genitrix partu propiore dolores,
Emoriens vitam perdidit, atq; dedit;
Auris excipitur sed enim vitulibus infans,
Marmoreo excipitur Mater ephaba toro;
Res nova, sic tamen in fati, eadem ut simul esset
Et peritura Parens, & paritura Parens.

ALIVD. CCCXXXVIII.

Quae dare non poterat matri pondera ventris
Viuens, emoriens pondera amata dedit;
Felicem intonitus dedit ergo Matris honorem,
Impia vita sibi quem dare noluerat.

ALIVD. CCCXXXIX.

Languerat medio Genitrix paritura dolore,
Et Iuno facilem sanna rogabat opam;
Cum consulta Parens, quid mallet, vivere foetum
Se moriente, auris suae fronte mori;

Foetus,

*Fœtus, ait, viuat, mea scilicet optio mortis,
 Fauttaq; sit Puero, qua mihi saua dies,
 Fœminei hac animi non vox, non fœmina, vitam
 Qua dare vult alij, vult rapuisse sibi.*

DE QVATVOR MALORVM
 generibus. CCCXL.

*Sunt tria, lethifero ladunt qua incommoda damno,
 Dira fames, seuus Mars, inimica lues;
 Absumit vesana fames cum corpore vitam,
 Marte etiam plures, & luis ense cadunt;
 Sed tamen his longè Venus est lethalior, illa
 Corpora deperdunt, perdit at hac animam.*

AD ILLVSTRISSIMVM, ET
 Reuerendissimum D. Scipionem Bor-
 ghesium S. R. E. Cardinalem.
 CCCXLI.

*Cum tibi Borghesi scintillet purpura dorso,
 Ardeat & capiti murice tinctus apex:
 An tibi, nùm Roma, cui primum gratuler, haret
 Mens, bonaq; ancipitem sors utriusq; tenet;
 Gloria Martigena felix tua contigit Vrbi,
 Sydere felici gloria fausta tibi;
 Ergo pari quia sorte ag. tis, sine fine futuram,
 Hant tibi Borghesi, Roma tibiq; precor.*

AD ILLVSTRISSIMVM, ET
 Reuerendissimum D. Syluestrum Al-
 dobrandinum S. R. E. Cardina-
 lem. CCCXLII.

Cum primum largita suos tibi Roma decoret,

R 2 Ac

*Ac dedit Oebalio velleræ tincta cado,
 Puris ecce tibi vetus Albula labitur undis,
 Et tibi cœrulea diffluit Arnus aqua;
 Nimirum meliora parat cui munera Cœlum,
 Aurea nent faciles huic noua pensa Dea.*

A D E V N D E M I L L V S T R I S S I M V M
Card. CCCXLIII.

*Non ita vel Cœlum Cythereo fulgurat astro,
 Vt te purpureo lumine Roma nitet;
 Non ita Idaspais idescunt aquora gemmis,
 Romæ diuitias vt decor iste facit;
 Sydus es, & gemma es, nihil est te clariùs astro,
 Te gemma nulla est gemma decora magis.*

D E Q V O D A M B E L L A T O R E .
CCCXLIV.

*Pralia fors celeri cum temperet orbe rotarum,
 Quod male bellarim, qua mea culpa fuit?
 Nunc bene; fors cursum variauit cauta, mihi que
 Infelix felix, impia facta pia;
 Sic mea quo Patriæ ceciderunt mœnia victo,
 Victoris studio facta fuere noua.*

H O N O R E S M V T A N T M O R E S .
CCCXLV.

*Induit in mores alios, qui vestit honores,
 Nil magis est varium, nil variatq; magis.*

IDEM

IDEM ARGUMENTVM
CCCXLVI.

*Non mutatus honor morem seruabit eundem,
Mutato facies altera moris erit.*

DE CLAVDO, ET COECO
CCCXLVII.

*Loripes incedit dum gressu ad moenia cæci,
Cæcus loripedis lumine pergit iter;
Munere non simili sibi munera pensat uterque,
Quod facit ille oculis, efficit iste pede.*

DE IISDEM. CCCXLVIII.

*Ducitur, & ducit, pedibusq; oculisq; vicissim,
Et caret hic oculis, & caret ille pede.*

DE IISDEM. CCCXLIX.

*Fortes loripedi cæcus quòd commodat armos,
Ducentes cæco commodat ille oculos;
Exigit à firmis vera id coniunctio amicis,
Vt quibus alter eget, mutua utrique parent.*

DE IISDEM. CCCL.

*Qui laesus pedibus poterat non pergere, dorso
Insidens cæci prapés inibat iter;
Cui gratos Natura oculos sed saeva negarat,
Claudi respiciens lumine obibat iter;
Mæcus uterq; alter gemino pede, lumine & alter,*

R 3 Et

Es tamen ambo ferunt lumina, & ambo pedes.

DE IISDEM. CCCLI.

*Quis ducet, cæcus si gestet itinere Claudum?
Ambo pares, oculo ducet huc, ille pede.*

TVMVLVS ALEXANDRI MAGNI
CCCLII.

*Contudit Hesperias, Oras qui rexit Eoas,
Mortis telo ictus concidit exanimis;
Labilis umbra sumus, Morsq; omnia diruit, & cui
Non satis Orbis erat, paruulus orbis erit.*

IN OBITU ILLVSTRISSIMI
Viri, Marci Antonij Bragadeni, Senato-
ris Veneti, ab Imperatore Turca-
rum crudeliter interfecti.
CCCLIII.

*Ardes purpureo quid Marce Inuictæ cruore?
Quidve cutis proprio tergore terga carent?
Sic ego, sic Marcus, certati insignia Martis
Hinc disce, hinc Superi pressius Orbis iter.*

IN NVPTIAS PERILLVSTRIS
Viri Amerigi Capponij, & Lucre-
tix de Bardis. CCCLIV.

*Qua pia suavit Amor, sanxit concordia, fecit
Religio, fidei vincula necit Hymen,
Hæc agè perpetuo firmentur nexibus amo,
Vis nulla exoluat, nulla teratq; dies;
Fæta nauo pro Sponso animi, pro Coniuge vota,
Talia*

*Talia sed visus reddere dicta Deus;
Sic faerit, nullo soluentur vincula facta,
Et sic, sic secum Parca notaui, erit.*

IN EASDEM NUPTIAS

Distichon Retrogradum.

CCCLV.

*Hymen edat Amor, par sic applaudere Sponse,
Sponse applaudere sic par, Amor edat Hymen.*

IN OBITVM PERILLVSTRIS, ET

Excell. D. Bartholomei Malmignati.

CCCLVI.

*Proxima decidi vita, qui stamina Parcas
Plerisq, ulterius voluere fecit, obit;
Impia qua meritis penduntur premia, vita
Nex, luci tenebre, noxq; redempta die est;
Quisquis es, humanas hinc disce attollere vires,
Si quid habes alijs, hoc tibi habere nega.*

IN LAVDEM CLARISS. ADOLESC.

Petri Laur. Patr. Ven. De Eius nomine.

CCCLVII.

*Nomen habes lapidis, qui vace inscribere Petri,
Omine qui polles, nomina sytus habe;
Sydus es, & roseum colluxeris Hesperus astrum,
Es lapis, & lucens Petre Pyropus eris.*

AD ILLUSTRIS. D. HIERONYMV

Aemulium S. Marci Venetiarum Pro-
curatorem Dignissimum.

CCCLVIII.

In quoque te modulis, Aemuli provida nostris

R 4 Musa

Musa feret, gratos nam iubet illa sonos;
 Tu Gentis, & pendorq; Domus virtutibus aucte
 Omnibus, & summo magnus honore micas;
 Tu Patria, Venetumq; Ore, Telluris amata
 Ciuibus, hospitiibus, luxq; iubarq; tua;
 Consilijs tu nempe bonus, tu Principe in Vrbe
 Iustitia, si dei plenus es, atque animi:
 Quid plura? in senio, florescere visa iuuenta,
 Ingentes animos laus senijq; beat;
 Laudibus ergo tuis uiue his contentus, & Orbe
 Si quid aues maius querere, maius habe.

ADMODVM REV. P. D. GVLIELMO
 Bramicellio Cler. Reg. Cong. Somaschæ,
 seu S. Maioli Papiæ Generali Præ-
 posito. CCCLIX.

Diceris è patrio Bramicelli agnomine Gentis;
 Et bene; nam Caelos hic tua vota petunt;
 Quicquid agis, loquerisq; adeo, vel mente reuoluis,
 Hoc Caelum Pater est, præter id estq; nihil;
 In Caelo Cæli votum, sic sentio, Cælum
 Præsul es, & Cælum par tibi castus amas.

ADMODVM REV. P. D. GABRIELI
 Brocco Cler. Reg. Cong. Somaschæ, &
 S. Maioli Papiæ Præposito.
 CCCLX.

Debeo magna tibi Gabriel, & plurima, solus
 Parua tamen Gabriel, paucaq; metra tibi;
 Tu mihi principium melioris es optime vita,
 Et mihi cum summo gratia origo Deo;
 Hos ego sed versus dono; mea vilia, amori

Sed

Sed tamen equa libens munera carpe tuo.

AD PERILLVSTREM VIRVM

Ioannem Strasoldum Philosophum,

& Poetam egregium.

CCCLXI.

At tibi quid modular, rauca qui carmine canno

Vtor, vix alios natus habere sonos?

Te Pallas Strasolde beatæ Iouis edita fronte,

Pallade te Virtus est tua facta Duce;

Te sophia septum munit, te Thusca Camæna,

Teq; ornat Latij lingua beata soli;

Eloquio tuq; inde potens, tu Martis & arma

Voluere, tu carmen doctus inire lyra;

Mitto artes alias, melius nam cuncta sflere est,

In sulso modulo quàm male pauca loqui.

ADMODVM REV. P. D BLASIO

Gannæ Cong. Somaschæ Definitori, &

Seminarij Patriarchalis Venetia-

rum Rectori. CCCLXII.

Si quid amo Blasî, diuinas pectore dotes

Quas condis, quas & prouidus edis, amo;

Me mite ingenium, facilisq; decentia frontis,

Me pietas, virtus, & rapit alta fides;

Me tua maiestas, mores, honor atq; pudorq;

Ac mouet Aetherei plurimus ignis amor;

Plura insunt, sed Ganna vetor perstringere plura,

Vincitur innumera laude Camæna tua.

R 5 AD

ADMODVM REV. P. D. BONIFORTI
Gatto Cler. Reg. Cong. Somaschæ Defi-
nitori Dignissimo. C C C L X I I I.

*Gatte tibi Finottus Aue dat carmine in uno
Mille, salus votis sit rata mille, rogat;
Mittis habet exiguum, parua nam talia Musæ,
Est suus exiguis sed quoque rebus honor;
Plus dabitur si quando, feret, tu collige metro
Mille hæc interea, qua tibi mittit Aue.*

AD PERILLVSTREM VIRVM
Aeneam Piccolomineum Humaniorum
litterarum Venetijs publicum Pro-
fessorem. C C C L X I V.

*Musa tace, nostros Aeneas vincit honores,
Lator, erat donis dignior ille tuus;
Nos Vatum numero, quicquam si possumus, atas:
Apponet gratis, hunc nisi iure locat;
Tempora Phabao velari digna corymbo
Ille gerit, nostris non bene tantus honor;
Sed vince Aenea, vince, hæc tua gloria nostro
Tam cordis fuerit, quam mihi gratus eris.*

ADMODVM REV. P. D. IVLIO
Cæsari Vulpino Cler. Reg. Cong. So-
maschæ, & Collegij Græcorum Ro-
mæ Rectori Dignissimo.
C C C L X V.

*Quid tibi præ meritis, Cæsar mihi ò vnice multis:
Soluat? Finottus nil habet ille tuus;*

An

*An dabit hos quales modulatur arundine versus?
Sed sua non oculo digna Can. æna tuo;
Nil dabit, & soluet nihil, & tamen omnia soluet,
Qui soluet, possit solvere, quicquid habet.*

ADMODVM REV. P. D. AVGV-
stino Frosconio Cler. Reg. Cong. Somas.
Cancellario, & S. Benedicti Salodij
Rectori Dignissimo.
CCCLXVI.

*Augustine tuas memorem quid carmine laudes,
Inclita Somascha gloria, honorq; Patrum?
Vix similes virtute Cohors sanctissima paucos,
Promeritis ullos vix habet illa pares:
Scilicet in magnis tua vox est unica rebus,
In rebus paruis. unica voxq; tua;
Vive igitur dives meritorum pondere, vive,
Quem Cætus grato munere totus amat.*

DE CLARISSIMIS DVOBVS
Fratribus Ioanne, ac Hieronymo Fo-
stuaris Nobilibus Venetis, ac
Dominis Colendissimis.
CCCLXVII.

*Vos agè quid Fratres animo non dispere, eodim:
Ingenic, faciles moribus atquè canam?
Nobile par istis fratrum, cui pectus idem q;
Inuideant gemini Tyridavidaq; decuss,
Vivite sic ambo semper, sic vivite, Cælo,
Vestraq; max duplex nomina Sydzs erunt.*

ADMODVM REV. P. D. IO. BAPTISTA
Asareto Cler. Reg. Cong. Somas.
Generali Vicario. CCCLXVIII.

*Gloria, Baptista o nostri, luxq; aurea Coetus,
De te, si dabitur, ratiua quid ora canent?
Pauca quidem si tanta tamē, mea laude Camœna
Viricitur, hoc poterit si Pater, edet, amo.*

ADMODVM REV. P. D. BARTHOLOMEO
Brocco Cle. Reg. Cong. Som.
Consiliario, & S. Bartholomei Somaschæ
Præposito. CCCLXIX.

*Nec te Brocce Pater, mea qualiscumque silebit
Musa, tibi paucos sed dabit illa sonos;
Carpe libens vocum munus, qui qualia namque
Donâ potest, dederit, soluit hic ipse satis.*

CLARISSIMO ADOLESCENTI
Ioanni Theupulo Patritio Veneto, &
Domino Amantissimo. CCCLXX.

*Si tibi sum cordi lata cape Theupule fronte,
Quis incuit & licet dat mea Musa modos;
Olim ego ut ipse tuus, meus olim tu ipse fuisti,
Bac agè sis etiam tu meus, ipse tuus.*

AD

ADMODVM REV. P. D. ALEXAN-
dro Zimarello. Cler. Reg. Cong. Somas.
& S. Michaelis Ameriæ Præposito.
CCCLXXI.

*Nomen Alexandri Pater, est tibi, gloria quondam;
Pellai Macedum fama; clara Ducis;
Ominis æternis te, si tua versoq;, nomen,
Nomine qui magnus, maximus esq; animo;
Impar es imperio, tua sc̄c te vincula cogunt,
Par animo, virtus sed tua maior erit.*

ADMODVM REVERENDO P.
D. Andreæ Contardo Cl. R. Cong. Som.
& Sancti Spiritus Genuæ Præpo-
sito. CCCLXXII.

*Et Contarde tui memor est nova Musa, Camenæ
Respice, nec raucum carpere differ opus;
Musa tua est, quacumque est, nos quicūq; tuiq;
Et sumus, & fuimus, cætera pende nihil.*

AD REVER. D. ET MVNDVM
Tornellum Iuris vtriusque Doctorem,
& Canonicum Vicentinum.
CCCLXXIII.

*Mundus es Et mundus, cū nomine pugnet ut amē,
Mundus & exterius, mundus & interius,
Sphericus at Mundus, forma est si spherica forma
Omni nobilior, dignior ecquis erit?*

AD

ADMODVM REVERENDO P.

D. Ioanni Marię Porte Cler. Reg. Cong.
Somaschę Definitori. CCCLXXIV.

*Porta tibi agnomen Porta est, ni fallimur, aquum
Vix merito, porta dignus es ipse tua;
Aut tibi virum conduatur pectore poma,
Ostiaq; hæc pretio digna videre suo;
Nec ergo es porta, at porta dignissimus, ulla
Si Porta, atheri tu tamen Axis eris.*

ADMODVM REVERENDO P.

D. Mauritio de Domis Cler. Reg. Cong.
Somaschę, & Seminarij S. Marci
Venetiarum Rectori Dignif-
simo. CCCLXXV.

*Serio amas nostra: Mauriti ludicra Musa,
Hec tua nam laudis prodiga lingua refert;
Serio amo, laude q; simul te, collige amorem,
Ac laudem, versu ralia Musa refert;
Par bene Mauriti facimus tu diligis, ipse
Diligo, tu laudas, laudibus ipse fero.*

AD CLARISSIMOS FRATRES

Ioannem, & Franciscum Vendramenos.
Patritios Venetos, ac Dominos
Colendissimos.

CCCLXXVI.

*Vendramena Polo Veneto clarissima Proles,
Copiaq; Adriaco prima futura solo.
Ingenij Finottus amat miracula vestri,*

Inge-

*Ingenuos claro Sanguine cumq; animos;
 Vos vires studio, superatis viribus annos,
 Moribus & familes, & pietate pares;
 Vos ijdem vultu, vos mente, ijdemq; labore,
 Nomine dissimiles, omni consimiles;
 Et vix ora tamen Lanugine vestijt atas,
 Vix ornas roseas lata evuenta genas;
 Crescite sic annis, sic crescite dotibus ambo,
 Vobiscum crescet gloria, crescet honor?*

**AD MODVM REVERENDO P.
 D. Augustino Turturę Cler. Reg. Cong.
 Somaſchæ, & S. M. Magdalene
 Genuę Præposito .
 CCCLXXVII.**

*Tu caros inter mihi Turtura primus amicos,
 Inter et ipse tuos Turtura primus ego;
 Sic mihi tu semper, tibi sic ego semper, & olim,
 Sic tibi, & usquę tibi, sic mihi, & usquę mihi;
 At si tantus amor, longa quid tempore fiet?
 Alter ego fueris, tu novus alter ego.*

**AD MODVM REVERENDO P.
 D. Petro Porro Cler. Reg. Cong. Soma-
 schæ, & S. Iustinę Salodij Præposito.
 CCCLXXVIII.**

*Petra facit Petri clarum tibi nomen, & omen,
 Plurima in articulis scilicet illa placet;
 Sive albus lucetq; Adamas, seu fulvus Iaspis,
 Seu rosco flammis igne Pyropus habet;
 Tu sed Petre Adamas, fulges & mirus Iaspis,
 Aeterno & lucens igne Pyropus eris.*

AD-

ADMODVM REVERENDO P.
D. Gabrieli Lopez Cler. Reg. Cong. So-
maschæ, Patauij Præposito.
CCCLXXIX.

*Angelus est Gabriel, Gabriel tuq; Angelus, ambo
Officio similes, nomine & ambo pares;
Nuncius ille Dei, visus mihi Nuncius alter
Tu, Aliger ille, alas tu geris ingenij;
Est illi nixeo, nixeo tibi pectore candor,
Is Cælo, Cælo tu oopos altus agis;
Si talis iam ergò es, Gabriel si nomine, & ausis,
Vlterius cupiam quid Gabrielo? nihil.*

AD CLARISSIMVM VIRVM
Aloysium Mogenicum Patritium Ve-
netum, De eius stemmate.
CCCLXXX.

*Candida caruleo viola est in corpore, in albo
Carula, non unius stemmatis inde color;
Aptus uterque tamen; candore decentia mentis,
Virtutum viola panditur acer odor,
Carulea Mocenice nota sed latius omen,
Cerulea, tempus erit, cum tibi vestis erit.*

CLARISSIMO VIRO MARINO
Grimano Patritio Veneto.
CCCLXXXI.

*Salsa tibi maris unda facit Neptunia nomen,
An quia cum loqueris seria, salsus homo es?
Salsus, idest sapiens, sed dulcis es attamen, apto
Cum*

Cum letus spargis seria verba sale.

ADMODVM REVERENDO P.
D. Francisco Ruggerio, Cle. Reg. Cong.
Somaschæ, à quo laudatus Author
fuerat, reddit mutuas laudes.
CCCLXXXII.

*Reddo tibi gratam Ruggeri, ut debeo, laudem,
- Officiosa, minor sed tamen illa tua;
Scilicet in parvis nos Delij habemur alumnis,
Tu magnos inter maximus esq; Choros;
Nos vatum numero, (sumus hoc si nomine digni,)
Vix damur, in cantu plus tamen ipse potes;
Sed quanto inferior Ruggeri carmine, amore
Tanto maior, amas, plus amo solus ego.*

AD QVENDAM DIVITEM,
qui Sors vocabatur.
CCCLXXXIII.

*Sors tibi dat nomen sortis, felicior vlla
Non est Sorte tua, es sors mihi, sorsq; tibi,
Sors tibi vota tenens, mihi Sors mea vota secūda,
Sors bonæ dum fueris, sors benè nomen erit.*

Finis Variorum Epigrammatum.



ANAGRAMMATISMI.
IN ASSUMPTIONEM B. M.
Virginis.

Volabo & requiescam.

Anagrammatismus.

Quum Beata Coelis ero.

C C C L X X I V.



Saevia corde tenus coniecta cuspide Amoris.
Lenta diu sensi vulnera, saeva diu ;
Iam facta impatiens petracibus indurat alis,
Et feriet superas verberare penna vias ;
Iude mihi sincera quies ab Amore, BEATA
QUUM COELIS carpens oscula Amantis ERO.

DE BEATA VIRGINE.

Maria Virgo.

Anagrammatismus.

Mira.

Libet Quartus.
Mira Virago.
CCCLXXV.

401

*Discipulam precibus, votis onerasq; Mariam,
Fidito, quisquis, opem MIRA VIRAGO feret.*

IN ASCENSIONEM CHRISTI
Domini.

Veni requies ò dulcis mea.
Anagrammatisms.
Vera mi Deus in Cælo quies.
CCCLXXVI.

*Nescere Nate solo diuturna quid otia pergis?
Nec tangit patria te magè sedis amor?
Annè ita perpetua spondes tibi dona quietis?
Fallere, nam maior viscera cura premit;
Linque solum, si grata quies, te deseret & astus.*
MI DEVS IN COELO est consista VERA QUIES.

IN EANDEM ASCENSIONEM
Domini.

Veni de Libano, nam tu carior luce.
Anagrammatisms.
Ceu niuc albior, & Matina dulcior.
CCCLXXVII.

*Meum quid impedis mihi solatium,
Morando gaudia & diutius tenes?
An tenè vitam nescis esse, & Cor meum?
Vitaq; corde si quid extat carius,
Et illud esse? quid? quid isto si magè
Est gratius, vel insuper beatius*

Hoc

*Hoc gratior; cuius est vita & mea
 Vita, & mea est cui mutuo vita; ergo ades
 Mi fili, ocellis quippè carior meis (BIOR veni.
 CEV DVLCIOR MANNA, ET NIVE AL-*

**IN EANDEM ASCENSIONEM
 Domini.**

Aduolat Deus Genitoris in sinum.

Anagrammatismus.

Num indè vt Genitis diluat rosas?

CCCLXXXVIII.

*Cur ità diuexat tristis te languor, Amantis
 Discessu & lachrymas roris egere rosas?
 Pone metum Tellus, madidosq; abstergito vultus,
 Rorantes melius, fido, fundet aquas;
 Aduolat in gremium, quis scit? Deus eccè Parëtis,
 NVM magis VT GENITIS DILVAT INDE
 (ROSAS?*

**IN EANDEM ASCENSIONEM
 Domini.**

Læua eius sub capite meo.

Anagrammatismus.

Aspectu me læui suo beat.

CCCLXXXIX.

*Quàm curus aduenit nitentibus plagis
 Fulgore syderum decenti, & aureis.
 Solis iubarum spiculis Natus, mei
 Cordis voluptas, & mea diuinior
 Interpres arcanissima. Mentis? salit
 Nam gratior quæ cura summo pectore*

Patris

*Patris? quis ignis aestuatq; dulcissimum
Flammarum, & excitat faces suavisissimas?
Totus resolvor in fluentia gaudij.
ME scilicet LAEVI SVO ASPECTU BEAT.*

IN LAVDEM D. CAESARII
Martyris.

Divus Cæsarius Martyr.
Anagrammatismus.
Diuorum Arcis sydus est.
CCCXC.

*Cæsarij qui gesta petis, circumspice tecta,
Picta figurato pariete Tempia docent,
Premia si quares, positum mox per lege carmen,
Scripta rudi quamvis pollice charta docet;
Dulcè ouat aeternum, maior res quaritur, ARCIS
DIVORVM EST SYDVS, luce facesq; beat.*

IN LAVDEM EIVSDEM
D. Cæsarij.

Divus Cæsarius Martyr.
Anagrammatismus.
Varia, sacrum sydus erit.
CCCXCI.

*Cæsario dederitne rogas, qua munera Coelum?
SACRVM, fac V ARIES nomina, SYDVS erit.*

A D D. M I C H A E L E M
Archangelum.

Cœlestis Dux Militiæ.

Ana-

Epigrammatum.
Anagrammatismus.
Te, si licet, des auxilio.
CCCXCII.

*Effera Tanarius minitatur praelia, dextra
Hestisq; aduersa robora sua parat;
Hic sibi felicem spondet sine vulnere palmam,
Sic mea spes vinci est unica, certa salus;
At fallor, reuoca, mea erit Victoria, vincam,
Dum TE DES Michael, SI LICET, AVXILIO.*

IN LAUDEM SERENISSIMI
Principis Venetiarum Leonar-
di Donati.

Leonardus Donatus.
Anagrammatismus.
An nouus Sol ardet?
CCCXCIII.

*Quid Venetos inter Leonardo Principe Ciues,
Fulgetq; Adriaco tantus in Orbe nitens?
Nec flatio est vsquam tenebris, Hyperione oborto,
Sed facta est toto hoc Aethere clara dies?
SOL NOVVS AN roseos ardet uelut aureus int er
Ignes? sic vero hinc Adria lumen habes; (be
Hinc Tyber & pelago, Veneta hinc & Iuppiter Vr
Vsq; minora tui moenia Martis erunt.*

AD EVNDEM SERENISSIMVM
Principem, Venetiarum Leonardum
Donatum.

Leonardus Donatus.

Ana-

Anagrammatismus.

Nardus ole, thus dona.

CCCXCIV.

*Qui sūme ò Veneta Princeps dominaris in Vrbe,**Penisq; Adriaco iura beata solo,**Fac agè, quod nomen, versi quod littera spondet**Omnis, & certo carmine Musa sonat;**Redde Deo, Terrisq; faum Leonardè, Tonanti**THVS DONA, Adriaco NARDVS Oleq; solo.*

IN LAUDEM CLEMENTIS

Octavi Pontificis Maximi,

Clemens Octauus.

Anagrammatismus.

Munus est à Coelo.

CCCXCV.

*Despondet faciles votis rogitantibus aures,**Si pià Rex pacis pignore, dona ferat;**Ferre Deo quid vota heres? quid cōprimis? aude,**A COELO pacis pignore MVNVS adEST.*

IN LAUDEM EIVSDEM

Clem. Octavi.

Beatissimus Clemens Octauus.

Anagrammatismus.

Cœlitus missus nos tecum bea.

CCCXCVI.

*Orbis iura tenes Pater Alme, nec unius Orbis.**Iura unus gemini, sed geminata tenes;**Terra*

*Terra Orbis, Cœlumq; Orbis, præes, ostia Cœli
 Ut referes, Terris aurea sæcla uehas;
 Aethere pacato illuxere sed aurea sæcla,
 Id superest, vetitas des volitare vias,
 Ergò pande fores, & MISSVS COELITVS Orbi
 NOS TECVM sacro Numinis ore BEA.*

**IN LAVDEM EIVSDEM
 Clem. Oct.**

Beatissimus Clemens Octauus.

Anagrammatismus.

Ceu ima basis Cœlum sustinet.

CCCXCVII.

*Syderum quid Roma hares? deposce theatrum,
 Teq; infer superis exhilarata Choris;
 In niueis tibi Dima volat Clementia pennis,
 Et roseum miniat lactis honore sinum;
 An viden? & Terris felices temperat horas,
 Qua subeasq; Poli limine aperta facit;
 Quin etiam tanto nè curia pressa fatiscat
 Põdere, CEV COELVM sustinet IMA BASIS.*

**IN LIBERALITATEM EIVSDEM
 Clementis Octau.**

Clemens Octauus.

Anagrammatismus.

Est a mulcet onus.

CCCXCVIII.

*Ingenuam Cœli fudit Sapiencia vocem,
 Exigit emeriti premia pacta labor;*

Digna

*Digna Deo, sed facta solo, gratissima Cælo,
Grataq; Semideo vox ratione pari.
Aspice, vel tennes recreat mercede labores,
ESCA literior quin agè MVL CET ONVS.*

**IN LAUDEM ILLVSTRISSIMI
ac Reuerendissimi D. Petri Aldobrandi-
ni S. R. E. Camerarii Cardinalis.**

Petrus Aldobrandinus.
Anagrammatismus.
Vrbi dono datus Parens.
CCCXCIX.

*Quid libet ingratis obnubere pectora nymbis?
En agè tranquillet Roma serena quies;
Cur Latij, Tyrrheni hæres, & littoris Ora?
Spes noua tristitia nubila tetra liquet;
Quidni conditio deposcat talia? DONO
Est VRBI, estq; tibi si DATVS ecce PARENS?*

**IN LAUDEM SERENISSIMÆ
ac Potentissimæ Reipublicæ.
Venetiæ.**

Respublica Venetorum.
Anagrammatismus.
Verè caput, lumen Orbis.
CCCC.

*Surgere de Pelago Venetam Saturnius Urbem
Vidit, & Adriaco ponere iura solo,
Tarpeiasq;, inquit, quia nam mihi Iuppiter Arces
Obijcis, Aeneadum pegmata & alta canis?
S Gloria*

*Cloria iam pridem Tyberis, nunc aquoris, unda
 Nunc toto fiet clarior Orbe maris;
 Hic vides? nostram specta sed Iuppiter Urbem,
 Mecumq; hos prompto fuderis ore sonos;
 Vrbs Venetū Regina Italū, CAPVT ORBIS ET OR-
 VEREQ; aeternum sydere LVMEN erit. (BIS.*

I N L A V D E M E I V S D E M
 Reipublicæ.

Respublica Veneta.
Anagrammatismus.
 Insuper luce Beata.
CCCCI.

*Quisquis ades Venetū clara novus hospes in Vrbe,
 Multa vide, multum contide, multa cane;
 Non una hic laus, diuitijs Respublica pollet,
 Delitijsq; solo sola, potensq; mari:
 An mirare? animos, viresq; in pectore natrit,
INSUPER hoc Cælo **LVCE BEATA** nitet.*

I N L A V D E M E I V S D E M
 Reipublicæ.

Respublica inclyta Venetorum.
Anagrammatismus.
 An vnica telum & clypeus Orbi?
CCCCII.

*Quid postquam Adriaco Venetū Respublica pōto
 Imminet, o Ciues libera Turba sumus?
 Effera barbaries nec nobis imperat, & Sol
 Clarior, & toto pax nitet alma solo?
VNICA*

VNICA AN EST TELVM, ET CLYPEVS fortissimi.
 Sic hæt, hac Orbis sospite salu⁹ erit. (mus ORBI?)

DE ILLUSTRISSIMO, AC
 Reuerendissimo D. Syluestro Aldobran-
 dino S. R. E. Cardinali.

Syluester Aldobrandinus Cardinalis.

Anagrammatismus.

Annè instar syderis datus à Cælo Vrbi?

CCCCII.

Plaudè tibi, ne mœsta hære, cur gaudia differs

Reddita delitijs Roma beata tuis?

Cernin⁹, habes quem vota petunt; ò purpura crini

Quàm benè cõpta suo est, quàm benè cõpta pedi;

Fallor an? ANNE DATVS COELO INSTAR

SyduS habe, radios ebibe, crede faces. SYDERIS Vr-

bi?

DE EODEM ILLUSTRISSIMO,
 ac Reuerendissimo Card. Syluestro
 Aldobrandino.

Syluester Aldobrandinus Cardinalis.

Anagrammatismus.

Sol diuinus adest clara inter Sydera.

CCCCIV.

Quale decus roseum, qualis lux aurea Roma?

Facta hec an nitidi Regia Solis? ita est;

SOL DIVINVS ADEST CLARA INTER SY-

(DERA, nec di-

Syluestri viuet purpura, cedit honor.

S 2

IN

IN LAVDEM COLLEGII
Clementini Romæ Congregationis
Somaschæ Patribus Com-
mendati .

Collegium Clementinum .

Anagrammatismus.

Collige lumen mentium .

CCCCV.

Huc animi qua Vere decus petis Optima Pubes.
Et ferta aternis vivida nere rosis;
Aedes ista rosas, violas parit Auspice PETRO ,
Si libet hinc ausum stentmata verna leges ;
Despice nè gratum munus, quod littera spondet ,
MENTIVM hēs LVMEN, COLLIGE, amica fe-
(res.

IN CHRISTI DOMINI
 Natiuitate, Nomine Gymnasij Rhetorice
 eiusdem Collegij Clementini
 Gymnasiū Rhetoricæ Collegij Clementini.

Anagrammatismus.

Sic carmen Cœli Reginae, & colligit Hymnū.

CCCCVI.

Atrea Virginæ soluis dum viscera ventris,
Terris s; dereum Virgo paritq; decus ;
Carius amborum nihil est ut munere, Pubes
Carius id, quod habet, cor, animumq; refert ;
Vota utrisque facit, votis superaddit honorem,
Tangit & incompta garrula fila Chelys.
SIC CARMEN COELI REGINAE, ET COLLI
GIT HYMNVM,
Sic tibi parue Puer muner a parua legit.

AD

AD D. O. M. NOMINE SCHOLAE
Humanitatis Eiusdem Collegij
Clementini.

Schola Humanitatis Collegij Clementini.

Anagrammatismus.

Salientem Cœlis humili cantione colit.

CCCCVIL

*Gemmante dorso pullulantes è sinu
Terraq; flosculos puerilis colligit
Manus, simulq; colligat, multiplicea
Odore dum nectit corollas, & cui
Placere vult magis, magisvè amarior,
Offert amoris certiora pignora;
Habet amoris, sume, pignora ò Deus,
Tenuem corollam colligatam flosculis;
Ne sperne, nostra classis est donum, pia (COLIT
COELIS SALIENTEM CANTIONE qua*

AD PERILLVSTREM, ET REV.

D. Aloisium Alemanum Episcopum
Volaterranum.

Aloisius Alemanus.

Anagrammatismus.

Alio nauus salies.

CCCEVIII.

*Est viola tibi veste color, quam discolor ora
Dadalea merito neuexat arte Charis;
Auspico, en ALIO SALIES Alemane, rubenta,
Perge, ostro NAVVS vellera tincta feres.*

S 3 DE

DE PERILLVSTRI GENEROSORVM
Academia Seminarij Patriarchalis
Venetiaram.

Academia Generosorum.

Anagrammatismus.

Iesum, & cor grande amo.

CCCCIX.

*Si sapio, non ille sapit, plus audeat aquo,
Et se vesano pectore quisquis amet;
Si sapio, non ille sapit, pulcherrima forma
Sydera, vel Terra iugera quisquis amet;
Illa ego, que facili Coelo Gens Auspice IESVM,
ET COR AMO GRANDE, en si sapio, sapio.*

DE EADEM ACADEMIA IN
Maledicos, & Zoilos.

Academia Generosorum.

Anagrammatismus.

Ero gemma sacra vni Deo.

CCCCX.

*Euome iam tetrum uitiatò è pectore virus,
Quisquis Auernales improbe spargis aquas;
Et nisi virus habes, ferali rodito dente,
Quisquis aues raptò viuere prado satur;
Rodere si nescis; palle, oscita, & inuida verba
Expue, qui tetra talia ab ore soles;
Tot mihi non artes oberunt, qua perpète GEMMA
VNI semper ERO SACRA nitore DEO.*

DE

DE EADEM ACADEMIA.

Academia Generosorum.

Anagrammatismus.

Gens ero amica Deorum.

CCCCXI.

*Niliacas alij malint deglubere glebas,
 Aureaq; Hesperij vellere grana Tago;
 Mygdonias hic quarat opes, is iugera Crasi,
 Hic Corcyrae delicias Domini;
 Nec mihi delitia placeant, nec diuite gleba,
 Toto nec later Gens Generosa Tago;
 Cur ais? At niveo dū pectore AMICA DEORVM
 GENS ERO, prò glebis hoc mihi, proq; Tago.*

AD EANDEM ACADEMIAM.

